AUTHOR:

SCHNEIDEWIN, WILHELM

TITLE:

STUDIA PHILODEMEA

PLACE:

GOTTINGAE

DATE:

1905

Master Negative #
93-81629-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Schneidewin, Wilhelm, 1882-
Studia Philodemea, dissertatio inauguralis quam ... scripsit W. Schneidewin ... Gottingae, officina academica Dieterichiana, 1905.
68 p. 22 cm.

Thesis, Göttingen, 1905.


Volume of pamphlets

375401

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/5/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202





Centimeter




Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



STUDIA PHILODEMEA.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

W. SCHNEIDEWIN
HAMELENSIS.

GOTTINGAE
OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TTPIS EXPRESSIT
MCMV.

De dissertatione probanda ad ordinem philos. rettulit
Eduardus Schwartz;
examen rigorosum habitum est die XXI. Febr.
a. MCMV.

PARENTIBUS CARISSUMIS
SACRUM.

Philodemi Gadarensis, philosophi Epicurei, operibus rhetoricis (h. e. de arte rh. scriptis) a Sigfrido Sudhaus docte restitutis*) multa cognita sunt de controversiis illis atque disputationibus, quae temporibus antiquis fuerunt inter philosophos et viros eloquentiae studiosos. Imprimis in librum II studia sua verterunt viri doctissimi, ex quo libro comperimus, quam vehementer agitata sit quaestio illa, utrum ars sit rhetorica necne. Tractatam esse hanc quaestionem quoniam videmus etiam ex Cicerone[1]), magis ex Quintiliano[2]) et Sexto Empirico[3]), cavendum nobis est, ne parvi aestimemus alios libros Philodemi, quibus philosophi et oratores aliis rationibus inter se contendunt. Etenim post librum II (vel III, qui periit) plenius iam non agere videtur de quaestione illa. In libro II postquam de aliorum sententiis dixit, ipse suam posuit, qua arte quadam contineri vult sophisticam rhetoricam, civilem autem eloquentiam alterius generis esse[4]). Ceterum retinere debemus animo hoc discrimen, quod est inter τὴν ῥητορικὴν σοφιστικήν (scholasticam) et πολιτικήν (forensem); hoc

---

*) Adhibuit Sudhausius ad editionem absolvendam exemplaria duo, Neapolitanum et Oxoniense, quae papyros descriptas reddunt et diverso pretio sunt; ipsas papyros multis locis inspexit.

1) d. or. II, 7, 29—30 ex. g.

2) inst. orat. II, 17.

3) vid. adv. mathem. caput, quod est „πρὸς τοὺς ῥήτορας".

4) cfr. vol. I p. 68 sqq. = suppl. p. 34 sqq.

enim tenet Philodemus per omnes libros suos rhetoricos. In libri IV tribus partibus[5]) agit de artis sophistarum locis quibusdam, velut de ornamentis dictionis, de actione (arte hypocritica[6]), de partibus orationis[7]), de inventione[8]), de genere demonstrativo[9]); hic novissimus optime servatus est locus. In hoc carpit rhetorum aequalium arrogantiam et levitatem, cfr. p. 214 sup.: — τὸ δὲ σοφιστικὸν γένος τοῦτ' ἐπαγγέλλεται, πρὸς ὃ καὶ λαλήσομεν ἐπὶ τοὺς ἐκδεδομένους ὑπ' αὐτῶν λόγους ἀναφέροντες. Quintus sequitur liber[10]) secundum rationem Sudhausii[11]), quae nobis recta videtur esse. Eadem enim ratione scriptor in libro IV atque in libro „V" (neque in alio eorum, qui supersunt, hoc modo rem tractat) sophistarum scripta aliqua persequitur, argumenta eorum refellendo et doctrinam vituperando. Tunc autem nobis lux quaedam oriebatur in omnium horum voluminum obscuritate, cum internoscere cupiebamus Philodemum suam exponentem sententiam et disceptantem aliorum sententias aut philosophorum aut sophistarum. Proposuimus nobis explananda ea, quae in lib. V inde a p. 253—p. 265 leguntur. Sed priusquam ad eam partem perveniemus, considerandа nobis erit cetera pars libri V; respiciendum quoque erit ad librum IV.

5) vol. I p. 147 sqq.
6) p. 193 sqq.
7) p. 202 sqq.
8) p. 204 sqq.
9) p. 212 sqq.
10) cfr. vol. I p. 225 sqq.
11) cfr. vol. I p. XL.

Caput I.

Fragmenta libri V Sudhausius putavit esse ea, quae in vol. II inde a p. 131—167 leguntur. Has papyros, etsi nunc duae sint, partes unius papyri esse demonstrare se posse ait in praef. vol. II[1]) et coniungendas cum columnis continuis vol. I, quibus nomen libri V dedit, e similitudine formae et argumenti colligit[2]). Itaque columnas continuas et fragmenta ista tres partes eiusdem papyri censuit esse. Nos quidem, cum talia accurate persequi longum et difficicile sit in laciniis Herculanensibus, verisimilem quandam rationem sequemur. Namque veri simile existimabimus unam papyrum esse et fragmenta ista cum columnis continuis libri V concilianda, si res eodem tractu agitur in columnis atque in fragmentis, et si in nulla alia parte horum voluminum eundem sensum et eandem condicionem argumenti reperiemus. Atqui, quod ad sensum attinet, σύγκρισιν φιλοσοφίας καὶ ῥητορικῆς[3]) omnes partes ostendere nos invenimus et Sudhausius hunc etiam titulum tribuit toti libro V[4]). Tractus autem argumentationis is est, ut Philodemus dicere videatur adversus sophistas suorum temporum, libellum cuiusdam eorum persecutus, quo bona artis dicendi laudibus tolluntur, philosophorum scientia et institutio vitae tamquam inutilis et ignava repellitur. Haec ita

1) cfr. p. VII.
2) cfr. praef. vol. I p. XII et XL.
3) cfr. vol. II p. 146 med.
4) cfr. vol. I p. XLI vide quoque supplementum (ed. Sudhaus) p. XXVII inf.

se habere[5]) cognoscere licet ex eis, quae nos quam brevissime explicabimus.

Inter columnas VIII et IX[6]) certe aliqua desunt; nimis enim celeriter ad prorsus novam transitus fieret rem. Columna IX ineunte legimus: — νῦν καὶ τοῦτ' ἔδοξε[7]) καταριθμεῖν ἐν τοῖς[8]) ἐγκωμίοις τῆς ῥητορικῆς τὸ πελαγίζειν ἐν τοῖς λόγοις, τοὺς δὲ βρ[αχ]εῖς ἀποδοκιμάζειν καθάπε[ρ] τὰ [π]λοιάρια τὰ μὴ δυ[ν]άμ[ε]να τῆς γῆς ἀπα[ίρε]ιν — Hic locus tractari videtur usque ad col. XIV l. 13, non perspicue quidem ob literarum ruinam. At cernuntur heredes imitatoresque veterum illorum sophistarum, qui et μακρολογίαν et βραχυλογίαν sese optime facere gloriabantur[9]) atque pro lingua simplici libenter quasi poëtarum imagines in significationes inducebant[10]). Hoc enim imagine ea, quae inest in „πελαγίζειν", significatur: τὸ διὰ μακρῶν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι. Cuius rei luculentissima expositio, quae est in Platonis Protagora[11]), comparanda est, ubi legimus primum, quantum nos quidem scimus, exemplum imaginis istius ac locutionis[12]): μήτ' αὖ Πρωταγόραν πάντα κάλων ἐντείναντα, οὐρίᾳ ἐφέντα φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων ἀποκρύψαντα γῆν —, quae verba ab Hippia sophista dicuntur[13]).

5) idem fere sensit iam editor voll. Herculan. coll. pr. V p. I in praefat.; adnotavit Sudhausius in vol. I p. XLI sup., p. XLIII med.

6) vide vol. I p. 239. Hinc incipimus, quoniam refutatio adversariorum inde ab hoc loco facilius perspicitur.

7) scil. τοῖς σοφισταῖς.

8) cfr. in fragm. huius libri vol. II p. 148 inf. haecce: ἐπὶ τούτοις ἐοίκασιν ἐξυμνεῖν τὴν ῥητορικήν· ὅτι γὰρ τοὺς πονηροὺς ὀχυροῖ [καὶ] κακουργεῖν ἐλευθέρως ποιεῖ, τὸ λεγόμενόν ἐστιν ἐγκώμιον κτλ.

9) cfr. ex. g. Plat. Gorg. 449 B/C.

10) Vituperantur tales imagines rhetorum a Platone in Phaedr. p. 267 C: — ὀνόματα Λικύμνεια — et ab Aristotele in art. rhet. III p. 1414b, cum partes orationis nominent ἐπούρωσιν (!), ἀποπλάνησιν (!), ὄζους.

11) inde a p. 334 C—338 B.

12) 338 A.

13) imitatur Cic. de or. III 36, 145; Ciceronem sequi videtur Quintilianus in instit. orat. lib. XII prooem.

Philodemus contra de oratione longa[14]): — καὶ γὰρ οἱ φιλόσοφοι τοῦτον ἵστανται τὸν τρόπον, εἰ μὴ καὶ τῶν ἄλλων οἱ φρένας ἔχοντε[ς. Ε]ἰ μέντοι παραψηλαφ[ῶσ]ι[15]) διὰ τοῦ [π]ελαγί[ζειν, πλ]ανᾶι τοὺ[ς] ῥή[τορ]ας ἐ[ν τοῖ]ς λόγοις τ[ὸ περ]ὶ μ[εγ]άλων πραγ[μάτ]ων ποιεῖσθαι τοὺς λόγους[16]) — Accuratius enim oratio progreditur concisa interrogando et respondendo; flumen autem orationis in errorem ducit[17]). Sed contra genus dialecticum et diligens rhetores proferunt[18]): περὶ τῶν μεγαλείων δοξάζειν κρεῖττον ἢ περὶ τῶν μικρῶν καὶ μηδενὸς ἀξίων ἀκριβῶς ⟨διαλέγεσθαι?⟩. Tamen quamquam breve orationis genus improbant, laudant et ipsi rationem rogandi et respondendi[19]): ὥ]ς θαῦ[μα] δὲ σεμ[νύν]ουσιν, οὗ [τὸ] γένος ἀ[πο]δοκιμ[ά]ζουσιν, τοὺς δι' ἐρωτ[ήσεως] κ[αὶ δι' ἀποκρ]ίσε[ως λόγους. Idem comperimus ex col. XII ineunt.: τ]οίγαρ ἀμφοτέρων ἔστιν ὅτε χρησιμευόντων [θ]άτερον παραλείπουσιν. Οἱ δὲ καὶ τὸν δι' ἐρωτήσεως καὶ δι' ἀποκρίσεως λόγον κτλ. Sophistae enim, quamvis utrumque suo loco utile sit, et longum et breve orationis genus, neglegunt breve et concisum genus excepta specie interrogandi et respondendi. Hanc floruisse temporibus antiquis ac propriam fuisse maxime artis dialecticae notum est. Haec ipsa illustris pars philosophiae exstitit. Eadem saepe in vita hominum vulgari opus est. Philodemus igitur iudicat haec[20]): καὶ γὰρ ἐν τῷ βίῳ πολλάκις, οὐχ οἷον[21]) ἐν

14) col. IX, 28; X 7.

15) comparari potest Plat. Phaed. 99 B: ὃ δή μοι φαίνονται ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ ὥσπερ ἐν σκότει — προσαγορεύειν.

16) Mira quaedam exstat dittographia in col. IX et X, quam errore quodam scribendi vel scribarum factam esse putamus. Cfr. quoque frustulum illud, quod habet exempl. Oxon. in margine ad col. X 12—14; fines enim hi sunt versuum 13—15 col. VIII. Duo huius partis exstitisse exemplaria hac una re minime colligere debemus.

17) cfr. Cic. d. fin. II 1, 3.

18) col. XVIII ineunt.

19) col. X 31.

20) col. XI ineunt.

21) „cum in vita communi, tum in philosophia necessarium est . . . . ."

τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν καὶ παιδείαν λόγοις, ἀναγκαῖον ἐρωτᾶν γίνεται καὶ πρὸς τὰς ἀποκρίσεις ἀπαντᾶν. Ὁ δὲ συνζητητικὸς τρόπος καὶ τὰ πολλὰ τοῦ τοιούτου προσδεῖται χαρακτῆρος. Ἀλλ[ὰ μὴν καὶ] παρὰ τοῖς ῥή[τορσιν ἐ]νκρίνετ[αί γ' ὁ] τρ[όπ]ος οὐκ ἐν τοῖς δικαστηρίοις μόνον, ἀλλὰ κἀν ταῖς ἐκκλησίαις. Ἔνι[οι δ'] αὐτῶν (τῶν ῥητόρων vel σοφιστῶν) — φασίν ...... Cum etiam hanc facultatem (interrogandi et respondendi) prae se ferant, eius inventionem et exercitium philosophis vindicat auctor, non sophistis vel oratoribus[22]). Oratoribus autem atque patronis opus erat ea maxime, cum agebant cum testibus. Itaque invidebant oratores arti dialecticae[23]) philosophorum, qui summa eius exempla prodiderant. Quintilianus de patronorum in hac re sudore dicit in lib. V cap. 7; in § 28 scripta videmus haec: „Eius rei sine dubio neque disciplina ulla in scholis neque exercitatio traditur et naturali magis acumine aut usu contingit haec virtus. Si quod tamen exemplum ad imitationem demonstrandum sit: solum est, quod ex dialogis Socraticorum maximeque Platonis duci potest, in quibus adeo scitae sunt interrogationes, ut cum plerisque bene respondeatur, res tamen ad id, quod volunt efficere, perveniat[24])." Itaque cum hominem divitem, qui opibus eius insidiantur, accusant, patronus ei auxilio veniet, si ipse rhetoricam (et dialecticam) non exercuerit. Infertur hoc exemplum in col. XI 21 sqq., quia iam antea[25]) haec res tractata erat. Legimus ibi haec: — λέγειν προστάτην ὡς τῶν μετοίκων, ἀλλ' εἰ μὲν ἀστεῖος εἴη, φίλον, εἰ δ' ἥττων ἢ κατὰ τὸν τοιοῦτον, πρόκυνα. Initium sententiae periit, at cfr. lect. Neap. vol. II p. XXI. Patroni nomina sunt hic

---

22) col. XII 5 sqq. cfr. Cic. d. or. I 5, 17.
23) cfr. col. XIV 13 sqq. Cic. d. or. I 28, 128.
24) cfr. col. XII 5 sqq.
25) cfr. col. V—VI.
26) cfr. Diog. Laert. VI 60. κύων = φύλαξ, ἐπιμελητής, cfr.

προστάτης, φίλος, προκύων[26]). Pergit Philodemus ibidem: διόπερ οὐδ' ἄν τις εἴπαι τὸν οὕτω πλού[σι]ον οὐκ ἔχειν κ[αταφυγήν][27]), εἰ καὶ μὴ ῥητορεύοι, ἀλλὰ πολὺ βελτίον' (scil. ἔχει καταφυγήν, τὸν φίλον καὶ πρόκυνα). In col. VI 8 sqq. declaraverat (cum disputaret περὶ τοῦ προΐεσθαι τοὺς μὴ ῥήτορας συκοφάνταις, col. V 15): ἔπειτα δὲ πολὺ βέλτιον ἀφαιρεθῆναι τὸν πλοῦτον ὡ[ς οὐ][28]) πρ[οτ]εροῦντα πενίας, εἰ μὴ δυνατὸν ἄλλως εἴη φυλάττειν αὐτόν, ἢ καταμελετῆσαι ῥητορικὴν καὶ διατελεῖν ὅλον τὸν βίον ῥητορεύοντα. Philosophus autem neque a patrono adiuvatur nec ipse artem rhetoricam exercet, quia ea non eget vitam tranquillam agendo. Sic nos interpretamur col. XI 30 sqq.: οὐ δεῖ [δ'] ὠχυρῶσθαι περιφράγμασιν[29]), ἀλλὰ ἐλευθεροῖ σ' ἐλύτρων[30]) λογογραφικῶν — [τὸ φιλοσοφοῦντα ζῆν vel similia.

Vertitur quodammodo disputatio in col. XII. Inferuntur enim geometrae in l. 29. Leguntur deinde in col. XIII 8 sqq. haec: καταγελαστῶς μὲν τὴν γεωμετρίαν ἡδονῆς καὶ κόσμου παρασκευαστικὴν εἶναι λέγουσιν. Οὐ μὴν ἡμεῖς γε πάντα τὸν βίον εἰς ταύτην (τὴν γεωμετρίαν) κατατίθεσθαι λ[έγο]με[ν. Sunt autem ἡμεῖς γε Epicurei[31]), qui studia scientiarum liberarumque artium aspernantur[32]). Opponuntur eis, qui geometriam exercent

---

Xenoph. mem. B 7, 14. 9, 1—3, 7. — ἀπεχθομένους proponimus ad corrigendum Philod. περ. ῥητ. II, 134, 33.
27) supplevit E. Schwartz.
28) ita scripsit E. Schwartz. „Der Reichtum bietet keinen Vorteil vor der Armut, wenn ....." in l. 22 ibid. legendum est: κόλαξι.
29) eadem imago Plat. pol. B 365 B—D; Cic. d. fin. I 16, 51.
30) correxit E. Schwartz. Etiam l. l., Philod. col. VI ineunt., rectius forte suppleatur: ἀλλὰ τὴν ῥητορικὴν ὥσπερ ἔλυτρον περιβάλλεσθαι τῆς οὐσίας, quoniam εἰς πύργον τις ἀναβαίνει.
31) col. XIV 17.
32) de geometria cfr. Philod. περ. ῥητ. II p. 31, 12 sqq.: — ἐπεὶ τό γ' ἀπεστερεῶσθαι πρὸς τὸ τοῖς κατὰ γεωμετρίαν [ε]ἴ[δεσι]ν (vid. ibid. p. 37, 3) εἰπεῖν ἢ στρατηγίαν ἢ π. παρακολουθεῖν μοχθηρὸν καὶ συστή-

et voluptatem ex ea percipiunt. Videntur igitur adversarii Philodemi, qui non in solos Epicureos impetum fecerant[33]), sed in philosophos potius omnino, eos quoque incusasse, qui dialecticae et geometriae studiis se dederant. Itaque de sophistis loquentem facimus scriptorem in col. XIII ineunt. hoc: ὅτι βούλονται τοὺς νέους καταλιπόντας τὰ] θεωρήματ' αὐτῶν[34]) ἐκλύοντα τῆς ἀνθρωπίνης διαίτης ἐπὶ τὴν ὁδὸν τοῦ βίου τὴν φέρουσαν ὄντως εἰς πόλιν καὶ ἀγοράν[35]), ὅπου πάντ' ἐστὶ τὰ πρὸς τὸ ζῆν, ἐπανάγειν, ἣν αὐτοὶ πορεύονται. Docere se putant ea, quae ad vitam hominum communem et ad capessendam rem publicam utilia sint. Quintilianus quidem etiam maiorem petit puerorum institutionem et geometriae tempus quoddam impendi vult[36]), qua ordo discatur, probatio acutior fiat (cum dialectica quoque cognationem habet geometria)[37]), delectatio praebeatur[38]).

At ne sophistae quidem ipsi, magistri dicendi, vitae humanae plane serviunt. In eorum enim scholis declamationes exercitantur, quae negotiis vitae vix usui sunt; nimis enim ficta argumenta sunt[39]). Philosophi autem vitam humanam bene regere cupiunt atque inanes perturbationes vitare. Epicureus igitur sic fere adversatur illis l. 24 sqq.[40]): (ὁ δὲ φιλόσοφος) [ἐ]ν τ[ο]ῖς

ματος οὐθαμῶς δυνατοῦ λογίσασθαι καὶ κατεργάσασθαι τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν κτλ.

33) cfr. col. XIV 13—18; 30—33.

34) αυτων praebet exempl. Oxon., h. e. τῶν φιλοσόφων καὶ γεωμετρῶν.

35) sensu adde: ἀλλ' οὐκ εἰς τὴν τῶν φιλοσόφων πόλιν ἢ κοινωνίαν. cfr. quoque Plat. Gorg. 485 A—D. Suspicari licet in fine col. XII ἐ]σκια[τροφημένων vel simile aliquid, cum comparemus vol. II p. 180 sup. 174 inf.

36) cfr. instit. orat. I 10, 34—49.

37) cfr. ibid. caput 10, 37.

38) ibid. cap. 12, 18—19.

39) cfr. Quintil. inst. orat. II 20, 4.

40) cfr. quoque lect. Neap. vol. II p. XXI.

π[ε]ρὶ ἠθῶν [κ]αὶ βίων καὶ π[ρὸς] [τ]ὰς αἱρέσεις καὶ φυγὰς διατεινόντων ἀναστρέφεται, δί ὧν καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν ἀγορὰν ὀρθότατα πάντων ἔστιν οἰκονομεῖν. Οἱ δὲ σοφισταὶ καὶ λελήθασιν (scil. αὑτοὺς) εἰκόνας ἑαυτῶν παρα-[ποιοῦν]τες[41]). Αἱ γὰρ τούτ[ων γε δι]ατριβα[ὶ ...... εἰς πόλιν δὲ καὶ εἰς ἀ[γο]ρὰν οὐκ εἰσίασιν οὐδὲ τὸν βίον ὅλως ὠφελοῦσιν. Quintilianus tueri volebat declamationes, sed eas tantum, quae, quoniam essent iudiciorum consiliorumque imagines, similes quoque essent veritati[42]). Concludit deinde sic: ὥστ' εἰκότως οὐδ' ἀντιστρέφουσί τινες ὃ λέγουσιν[43]), ἀλλὰ τὴν ῥητορικὴν καὶ τὴν σοφιστικὴν καὶ τὴν πολιτικὴν οὐδ' ἐκ παρόδου κελεύουσι προσίεσθαι, τὴν μὲν, ὅτι ματαία, τὴν δ', ὅτι ταραχωδεστάτη τῶν ἁπάντων.

Aliam incipere partem in col. XIV 13 apertum est verbis hisce: καὶ τὰ συνεχῆ δὲ τούτοις εἴτε περὶ τῶν διαλεκτικῶν ἐλέγετο, πρὸς ἡμᾶς οὐκ ἦν, εἴτε περὶ ἡμῶ[ν][44]), ἐφληναφᾶτο, quibus ex verbis hoc rursus[45]) intellegimus: libellum quendam deinceps excuti ab auctore Epicureo. Perrexerunt sophistae — ab uno quidem eorum libellum istum compositum esse putare debemus — invehi in orationis genus philosophorum nomine magis quam re mutata, cum genus accuratum (γένος ἀκριβές) aggrediantur, quod apud philosophos antiquos idem fere fuit, atque id, quod interrogando et respondendo progreditur. Sine hoc autem vera scientia esse

---

41) παραποιοῦντες supplevit E. Schwartz. „Ipsi falluntur, cum imagines suas non e veritate forment."

42) cfr. instit. orat. II, 10, 12; ibid. § 2 sqq. et § 7. (Vide etiam Plat. politic. 303 B/C).

43) οὐδ' ἀ. τ. ὃ. λ. nos interpretamur sic: „sunt igitur, qui et sophisticam rhetoricam et politicam condemnent neque, cum sophisticam removerint, rem invertentes politicam permittant". Cfr. de vocabulo quod est ἀντιστρέφειν = umkehren Philod. περ. ῥητ. I 46,5 sqq.

44) ημω secundum lect. Neap. vol. II p. XXI.

45) cfr. col. V 15 sqq. VII 2 sqq. IX 2 sqq. Sequuntur eadem verba in col. XIX exeunt., similia col. XXIX ineunt.

non potest[46]); opponendum igitur hoc est generi sophistarum dicendi, qui per mare orationis[47]) et verba grandia res agere amant. Itaque in dialecticos atque Stoicos maxime eorum impetum factum esse nostra est sententia, non tamen dilucide distinctum esse ab eis inter philosophorum sectas. Simile autem id, quod finxerunt[48]), iam ab Aristone Stoico videmus ex Diogene Laertio[49]) eodem fere modo prolatum esse in dialecticos. Adversarii Philodemi ferunt hoc: — (δια[τελοῦ]σι [λ]έγοντες), ὡς καὶ τῶν [ἀ]ραχνίων ἀκριβέστερον ὑφασμένων ἤπερ τῶν ἱματίων οὐκ ἐκεῖνα κρείττω — χρώμεθα γὰρ τούτοις —, οὕτω καὶ τὴν τῶν φιλοσόφων ἀκρίβειαν ἄχρηστον[50]) εἰς τὸν βίον εἶναι. — Hoc simile numerandum est inter ea, quibus ματαιοτεχνία quae dicitur et labor vanus depinguntur. Etiam plura eiusmodi locuti sunt, fr. col. XVII 15: ὧν οὕτως ἐχόντων ἐξύθ[λ]ηται τὰ περὶ τῶν ἀραχνίων καὶ τῶν τρυπά[ν]ων καὶ [π]ριό[ν]ων, ο[ἵστισιν] κέγχρους καὶ τὰ [τοιαῦτ]α [τρυπ]ῶσι[50a]) καὶ δ[ιαπρίου]σι[51]). Epicureus quidem eundem laborem vanum rhetoribus opprobrio dabit, qui paullo post vertit causam sic: τῶν δὲ ῥητόρων ἡ τέχνη πρὸς οὐδὲν ἐπιδείκνυται τῶν εἰς μακάριον βίον ἀνηκόντων χρησιμεύουσα. Tractatur autem, sicut res postulat, (usque ad col. XVII 15) discrimen artis probandi neque ignobile et vetustum, cum philosophi omni modo id ipsum, quod verum est, petant et probatione quam

46) cfr. quoque Aristot. rhetor. p. 1359 b; 1369 b inf.

47) cfr. col. IX.

48) col. XIV 24 sqq.

49) ib. VII 161.

50) sic legendumst.

50a) verbum, quod est κεντῶσι, aptius est spatio literisque.

51) Locus a nobis restitutus est, postquam contulimus Quintilian. instit. or. II 20, 3; rhett. Graec. ed. Walz IV p. 5, 8. Retinuimus igitur τρυπάνων, quod erat in exempl. Oxon., neque mutavimus cum Sudhausio τρυτανῶν (quamquam cfr. ad Cic. d. or. II 38, 159).

maxime necessaria utantur, oratores vero ac sophistae in usu vitae versentur et sententias adhibeant probabiles multitudini ac verisimiles[52]). Hi quoque Philodemi adversarii cohortantur, ut oratio progrediatur per ea, quae sunt εἰκότα et εὔλογα[53]), quibus ἀκρίβεια sophistica exerceatur; vituperare videntur argumenta philosophorum ἀναγκαστικά, quae vocantur. Itaque auctor refellit eos in col. XVI ita: — τοῖς εὐλόγοις χρῶνται, πολλάκις δὲ τοῖς ἧττον εἰκόσιν ἀντὶ τῶν μᾶλλον, ἀεὶ δ' ὀλίγα πλειόνων ὄντων καὶ πλατέως, ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς οὐδὲ περιωδευμένως, ἅτε μέθοδον οὐδὲ περὶ τούτων ἔχοντες, ἀλλὰ παρατετηρηκότες μόνον, ταχὺ δὲ καὶ τὰ παρατετηρημένα προιέμενοι διὰ τὰς καὶ τῶν Εὐρίπων[54]) ὀξυτέρας τοῦ πλήθους μεταβολάς. Etenim de contionibus potissimum in tribus his columnis agitur. Atque de eo, quod est βουλεύεσθαι et συμβουλεύειν, inde a Socrate haud raro inter philosophos disputatum est. Et illius quidem sententia redditur in Xenophontis memor. III 11 sic: οὐκοῦν, ἔφη Σ., καὶ περὶ τούτων, ὅταν μηκέτι εἰκάζωμεν, ἀλλ' ἤδη εἰδῶμεν, τότε συμβουλεύσομεν; Talium vestigia sermonum cernuntur in vocabulis aliquot col. XV, l. 16: περὶ τῶν στοχασμῶι θηρευομένων τοῖς εἰκόσιν καὶ τοῖς εὐλόγοις ἀκυροῦνται[55]) βουλευόμενοι καὶ κρίνοντες, — l. 23: ἐπιστημ —, l. 32: εἰκοβολοῦντας (scil. λόγους) συνείρουσιν, ὥστε καὶ βουλεύονται καὶ κρίνουσιν οὐκ ὀ[ρθῶς], si comparabuntur Sisyphi, dialogi Pseudoplatonici[56]), loci hi: p. 390^C: εἰ

52) cfr. ex. g. Plat. Theaet. 162^D/E.

53) vide quoque col. XXVIII 13: δεῖ δὲ κατὰ τὸν τῶν ῥητόρων λόγον τοῖς εὐλόγοις προσέχειν, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς τέρατι παραπλησίοις (velut τοῖς τῶν Στωικῶν παραδόξοις). In col. XVII 11 legimus: ὁ δ' εἰκασίαν τοῖς οὕτως ἑστηκόσιν προσφέρων ὑπερβολὴν ἠλιθιότητος οὐκ ἀπολέλοιπεν.

54) videtur nobis haec locutio increbuisse exemplo Platonis Phaed. 90^C. Cfr. quoque rhett. Graec. ed. Walz I p. 591, 21.

55) sic legendum esse videtur.

56) „ἢ περὶ τοῦ βουλεύεσθαι“. Alius est dialogus Pseudoplatonicus Demodocus „ἢ περὶ τοῦ συμβουλεύεσθαι“.

δοθείη τὸ βουλεύσασθαί τι εἶναι καὶ μή, ὥσπερ νῦν, οὐδὲν ἐξευρίσκεται ἄλλο ὂν ἢ ὅπερ ἐπιστήμη τε καὶ εἰκασία καὶ σχεδιασμός, p. 391^{A}: ἴσως γὰρ ἂν κελεύοις αὐτοὺς ἐπὶ σκοποῦ τινος τοξεύειν, ad quem locum, quia oratoris deliberantis (de re aliqua futura) munus confertur cum sagittarii munere, afferendum est id, quod est στοχασμῶι θηρεύειν [57]) apud Philodemum. Στοχάζεσθαι autem in commune adhibitum est in omnes artes, quae non certae firmaeque sunt; cfr. ex. c. haec [58]): ταῖς ἑστηκυίαις γέ τε καὶ παγίοις ἐπιστήμαις — καὶ ταῖς οὐκ ἐχούσαις τὸ ἑστηκός, ἀλλὰ τὸ στοχαστικόν.

Postea a col. XVI 26 usque ad col. XVII 11 apparent ea, quae cummaxime opponant philosophiae eloquentiam: τὰ ἐν τῶι βίωι νομιζόμενα et τὰ ἁπλῶς vel καθόλου ζητήματα τῶν φιλοσόφων [59]). Finit igitur haec in col. XVII verbis hisce: τὸ δὲ δὴ δίκαιον καὶ μὴ δίκαιον καὶ διότι τὸ μὲν ἀεὶ συμφέρει, τὸ δ' οὐδέποτε, πάντως ἀναγκαστικοῖς θεωρεῖται καὶ κρίνεται λόγοις [60]). Videtur secundum haec verba corrigendus esse locus col. XV 5 sqq., quamvis, unde dependeat accusativus cum infinitivo, manifestum non sit: [καὶ] γὰρ οὐδὲ διαμένε[ιν] τὸ δόξαν ποτὲ συμφέρον· ὅθεν [60a]) οὐδ' ἐνδεχόμενον εἶναι ἕν, [ὧ]ν ἀ[εὶ] συνοίσει, καταλείπειν εἰκάζειν κτλ. („ita ut τὸ δόξαν συμφέρον, cum non possit esse earum rerum, quae semper prosunt, relinquatur opinionibus ...“). Iam cum legamus in col. XVII ineunt. haec: — πάλιν τ' οὔποτέ τινι φευκτὸν εἶναι πλοῦτον ἢ γάμον ἁπλῶς ἢ τοιοῦτον καὶ πολλὰ τούτοις ὅμοια, cognoscimus ea, quibus simultates rhetorum et philosophorum auctae sunt. Hae enim quae-

57) non sane inusitata coniunctio verborum, cfr. Philod. περ. ῥητ. I 167 sup. Ceterum ad lin. 25 et 32 col. istius XV cfr. Pseudopl. Sisyph. 390^{B}.

58) Philod. περ. ῥητ. I p. 70 inf. et 71 sup.

59) cfr. Hermog. d. stat. cap. I princ.

60) cfr. Plat. Theaet. $175^{B/C}$.

60a) ὅθεν ... = ὥστε — καταλείπειν εἰκάζειν στοχαζόμενον scil. τινά.

stiones et a philosophis sunt disceptatae et tractatae rhetorum in scholis, qui „theseis“ nominabant. Τῶν δὲ θέσεων αἱ μὲν ἁπλαῖ, αἱ δὲ κατὰ τὸ πρός τι λαμβάνονται, — ἐὰν γὰρ λέγωμεν, εἰ γαμητέον, ἁπλῆ, ἐὰν δὲ, εἰ βασιλεῖ γαμητέον, πρός τι [61]). „Expetendine honores sint, num fugienda paupertas“, haec a Crasso numerantur inter tales quaestiones [62]). Has igitur Philodemus dicere videtur non debere ratione rhetorica deliberari, sed argumentatione philosophorum necessaria.

Lin. 23/24 videtur ὁ ἀληθινὸς ἀγὼν [63]) (in ipso foro certamen) opponi exercitationi scholarum, cui opprobrio respondent sophistae simili quodam apud Sextum Empiricum [64]).

Neque in eis, quae sequuntur, desinunt sophistae, philosophorum ἀκρίβειαν et considerationes incusare atque ad vitam degendam inutiles vocare — hic quoque simili quodam usi, quo philosophi cum noctuis (γλαυξίν) conferuntur; cfr. col. XIX ineunt.: καὶ τὸ πρὸς τὸν θαυμάζοντα, πῶς ἐν μὲν τοῖς σκοτεινοῖς καὶ δυσκόλοις δύνανται διαβλέπειν, τὰ δ' ἐμμέσωι μὴ δύνασθαι, τὰ γινόμενα περὶ τὰς γλαῦκας τιθέναι. l. 33: τὸ ταῖς γλαυξὶν ἡμᾶς παρεικάζειν. Haec bella imago est, qua comparantur noctuae, quae noctu possunt cernere, cum aliae aves hominesque in tenebris videre nequeant, cum philosophis, qui ibi acerrime speculantur, ubi ceteri homines paene caeci sunt, scilicet in quaestionibus philosophis. Tribus praecipue rationibus hoc simile effectum nobis videtur esse, cum significentur dialecticorum [65]) (Stoicorum po-

61) cfr. (Hermog. progymn.) rhett. Graec. ed. Walz I p. 52.

62) Cic. d. or. III 29, 116.

63) cfr. Philod. περ. ῥητ. vol. I p. 41, 3; 60, 27.

64) adv. mathem. p. 678.

65) Iam Aristot. rhet. 1357 a sup. declarat hoc: ἔστι δὲ τὸ ἔργον αὐτῆς (τῆς ῥητορικῆς) περί τε τοιούτων, περὶ ὧν βουλευόμεθα καὶ τέχνας μὴ ἔχομεν, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀκροαταῖς, οἳ οὐ δύνανται διὰ π ο λ λ ῶ ν σ υ ν ο ρ ᾶ ν ο ὐ δ ὲ λ ο γ ί ζ ε σ θ α ι π ό ρ ρ ω θ ε ν (hoc enim proprium est dialecticorum).

tissimum[67]), quaestiones implicatae, physicorum studia rerum caelestium, quibus tanta industria dediti erant, ut res vitae humanae neglectae eis iacerent[66]), Platonis taliumque virorum philosophia, qua mentis acie rerum omnium vim videre avebant sepositis oculis corporis[68]). At adversarios scriptoris etiam in Epicureos simile illud finxisse consentaneum est, qui in hortulis suis vitam tranquillam agunt et in consideratione mundi et finium versantur vitamque publicam evitant. Itaque eis verbis, quae col. XIX 10 sqq. scripta videmus: τὴν γὰρ τοιαύτην ἀκαιρίαν, οἵαν ἐπὶ τῶν ὅρκων καὶ τῶν συμβουλιῶν εἰρήκασιν, — significare videtur invectivam sophistarum, qua facultatem versandi in negotiis forensibus ac publicis philosophos possidere denegarant, ut neque iuris iurandi apud iudices dicerent peritos eos esse nec consilii coram populo dandi; et lin. 2: τὰ πρὸς τὰς πράξεις ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν (οὐχὶ δὲ πρὸς τοὺς λόγους τῶν διαλεκτικῶν sensus intellegendi causa supplemus) ostendere videtur eandem rem[69]). Ceterum in columnis XVIII et XIX multa recuperari nequeunt. Liceat autem colligere quaedam ex singulis verbis. De iure iurando legitur XVIII 9 sqq.; videtur Philodemus facilitati iuris iurandi suscipiendi opponere ipsam causam manifestam[70]). Deinde quod ad consilia danda pertinet, apparet col. XVIII 24 ἐ]κκλησι[α]ζο, 27/28: καλῶς συνε-[βού]λευεν, tum simile tale, quale ab illis latum esse iudicari potest, non incolume quidem: de retibus diversis;

66) cfr. Cic. d. or. II 38, 157—159.

67) exemplis utimur Thaletis et philosophi (κορυφαίου) a Platone picti, cfr. Plat. Theaet. 172^{C}—177^{C}, imprimis 174^{A-C}.

68) cfr. ex. g. Plat. Theat. 185$_{D/E}$; Phaed. 81^{B}; Diog. Laert. VI 53.

69) Rogandorum testium difficultatem notavimus ad col. X sq.

70) de iure iurando egerunt Aristot. rhetor. lib. I fin. inde a 1377 a sup., Quintilianus instit. orat. V, 6.

neque enim eisdem diversos pisces capi; ita philosophorum argumentis non capi posse consilia rei publicae gubernandae[71]). Ceterum videtur nobis recte suppletum esse col. XIX 16/17: μαντεύσαιτ' ἄν — hoc enim verbum in hac re proprium quendam locum habet; namque cum vatibus saepe conferebantur viri utilia urbi et civibus suadentes[72]). Hanc fortasse vim divinationis eripuerunt oratione sua sophistae philosophis tribueruntque eis, qui scholis et vita eruditi essent. Concluditur haec columna sic, ut neque Philodemi neque contrariorum sententia possit esse, quam scriptor profert, sed rem ab eo ad absurdum vel mancum deduci credi debeat, 26 sqq.: τὸ μήτε τὰ λεπτότερα τῶν πρὸς τὸν βίον εἶναι τὰ τῶν φιλοσόφων μήτε τὰ σύμμετρα πρὸς αὐτὸν τὰ τῶν ῥητόρων, ὥστε παραπλήκτων εἶναι, καθάπερ ἑκάτερον ἐπιδεδειχότας, τὸ ταῖς γλαυξὶν ἡμᾶς παρεικάζειν[73]). Resonat id, quod erat ἀκρίβεια, in eo, quod est λεπτότερα.

Iam novus inducitur locus verbis hisce: καὶ τὰ συνεχῆ δὲ τούτοις περὶ τοῦ ..., quae cum col. XIV 13 sqq. nos comparantes interpretamur sic: „Iam pergo ad eum locum tractandum, qui sequitur in libello sophistico". Et agitur quidem inde a col. XX de rebus bonis et iustis, quae sint hominibus, quae valeant philosophis, h. e. περὶ τῶν δοξαζομένων (ὑπὸ τῶν πολλῶν) et περὶ τῶν κατ' ἀλήθειαν ὄντων (ut dicebant philosophi). Ad hunc locum redeundum nobis erit.

71) cfr. στοχασμῶι θηρεύειν col. XV med.; ad simile cfr. Lucian. Hermot. 65.

72) cfr. Plat. Menon. 99$^{B/C}$; Pseudoplat. Sisyph. 387^{D}, 390^{B}. Ceteroquin constructio apud Philodemum incerta est, ενχυδαῖος vocabulum adhuc ignotum.

73) l. 31 in ex. Neap.: ΤΕΤΑΠΟΛ ΩΝΕΙ ...
„ 31 „ „ Oxon.: ΤΕΠΑ·ΝΟΛΗΤΤΩΝΕΙ ...
πολιτικῶν, paulo obscurius dictum, ne constructioni quidem sufficit, quia τὸ αὐτοὺς — παρεικάζειν καθ. ἑ. ἑ. dependere debemus colligere a vocabulo illo; παραπλήκτων igitur posuimus.

Nunc quidem videtur nobis finis libri IV quodammodo traducere ad „quintum“ hunc librum. Illic enim addit scriptor iactationis eorum nonnulla: Ἀποτεθεωρημένων[74]) — ἁπάντων (τούτων) —, δῆλον ὅτι πομπεύεται[75]) παρ' αὐτοῖς τὸ μητέρα τῶν μαθημάτων καὶ τῶν τεχνῶν εἶναι καί τιν' ἐνθήκην[76]) καὶ ἀφετήριον τὴν ῥητορικὴν καὶ μᾶλλον ἔτι μετὰ τῆς πειθοῦς λαμβανομένην· τὸ γὰρ ὑπ' ἐνίων λεγόμενον, ὅτι καὶ βλάπτει προστεθεῖσα ἀπάταις, εἰς ἄλλον καιρὸν ἡμεῖς ὑπερβαλλόμεθα. Τὸ μέντοι μαρτυρεῖσθαι διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων, ὡς οἱ τῆι ῥητορικῆι προδιατρίψαντες ἀμείνους γίνονται τῶν ὁμογενῶν, διαστελλόμεθα φάσκοντες κτλ. Post concludit hunc librum sic: ἃ δὲ Γοργίας εἰσῆκται λέγων, ὁ παρὰ Πλάτωνι, περὶ τοῦ τὸν ῥητορικὸν ἅπαντος τεχνείτου τεχνικώτερον εἶναι δόξειν[77]), ἐν τοῖς ὕστερον γραφησομένοις λόγοις ἀποθεωρήσομεν. Praedicationes igitur sophistarum repellit. Etenim idem hoc facit in libro V[78]). Illud enim, quod et ipsum modo exscripsimus: τὸ γὰρ ὑπ' ἐνίων λεγόμενον, ὅτι καὶ βλάπτει κτλ., qua sententia significari librum V censuit Sudhausius[79]), designare nos ratiocinamur partem operis, ubi aget de diversis sententiis, quibus quam noxia sit ars expressum sit. Hanc ostendere quidem nequimus in eis, quae tradita sunt; tamen conferri possunt cum alia tum vol. I p. 351 inf., p. 354/55. Totum autem opus Philodemeum videtur nobis multo amplius fuisse, quam quod eius superest[80]). At libro V idem Sudhausius aliud quoque nomen tribuit: σύγκρισιν φιλοσοφίας καὶ ῥητορικῆς[81]), neque id,

74) vol. I p. 222 sqq.
75) „vane iactatur a sophistis“.
76) „Betriebskapital“ = ἀφορμήν.
77) cfr. Plat. Gorg. 448C, 456.
78) Reminiscamur potissimum vol. I p. 239 sup., vol. II p. 148 inf.
79) cfr. vol. I p. XL.
80) cfr. vol. I p. XVIII Sudhausium idem suspicatum.
81) secundum vol. II p. 146 med., ut supra memoravimus. Cfr. vol. I p. XLI sup.

quod est „εἰς ἄλλον καιρόν“[82]), continuo sequentem designat librum. Opponuntur enim illa verba[83]) eis, quae sunt: ῥητορικῆς διδάγματα — οὐ χρησιμεύει[84]). Nondum ad finem perducere possumus has quaestiones, quoniam totius operis compositionem penetrare non suscepimus. Simile igitur videtur esse argumentum libri V libro IV, quandoquidem in utroque philosophus Epicureus rhetores aetatis suae vituperat. At in libro V (et in libro IV ultimo) laudes eorum discerpere eum vidimus, in libro autem IV non tam laudes eorum, quam certos quosdam locos ipsius artis tractare eum supra notavimus[85]). Neque vero in eis, quae servata sunt ex libro IV, artem technographorum — libellos istos rhetorum — deinceps persequitur. Sub finem demum libri IV intrat in tale aliquid[86]), iudicando de genere eorum demonstrativo atque asserendo se de generibus deliberativo et iudiciali alibi plenius acturum[87]) esse; videtur addere: καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνων ἀδολεσχότερον ἐκεῖ παλιλλογεῖται. Atqui ubi ἀδολεσχότερον λέγουσιν vel παλιλλογοῦσιν οἱ σοφισταί de generibus istis? Sane in libellis istis, quibus nomina „artibus“ sunt. Ratiocinamur igitur, quoniam alibi capita quaedam adumbrant, quae in „artibus“ longius repetuntur (παλιλλογεῖται), non solum tenues artes scriptas esse a sophistis, qui quidem illustriores fuerint, sed explanata quoque esse propria expositione genus, officium, finem artis; habemus enim huius rei vestigia et alia, cfr. Cic. d. inv. I 7, 9; ibid. 4, 5; auct. ad Herenn., quae dicit I 1 de inani adrogantia scriptorum Graecorum; inter posteriorum autem rhetorum scripta (ed. Walz) non pauci inveniuntur li-

82) vide vol. I p. 223, 21.
83) ibid. l. 19—23.
84) ibid. l. 7 sqq.
85) cfr. introitum nostrum.
86) vide vol. I p. 212 sqq.
87) vid. ibid. l. 4 sqq.

belli, quorum tituli „prolegomena rhetoricae“. Laudes potissimum rhetoricae talia scripta fuisse nobis videntur[88]); recte igitur quispiam crediderit Philodemum eius modi scripta et in libro IV et in libro V pertractasse.

Libri V initia[89]) prorsus corrupta sunt. In col. IV[90]) autem tyranno orator civilis felicior videtur iudicatus esse a sophistis: — τῶι νικήσαντι κάλλιστος περιτίθεται στέφανος ἡ τῆς πατρίδος εὔνοια[90a]) καὶ τὸν νικώμενον ἀναγκαῖον εὖ πράττειν. Κοινὰ γὰρ τὰ τῆς κοινῆς πατρίδος ἐστὶν ἀγαθά. Καθάπερ οὖν ⟨ἐν⟩ ἐκείνωι μὲν (scil. τῶι τοῦ ῥήτορος πολιτικοῦ ἐν δημοκρατίαι βίωι) ὡς τὸ πολὺ λειφθέντος οὐ στεφανουμένου μόνον, ἐν δὲ τούτωι (scil. τῶι βίωι τυραννικῶι[91]) πολλάκις τῆς κοινῆς πατρίδος ἐκπίπτοντος καὶ μετὰ στρέβλης καταστρέφοντος ... τοῦ δυναμένου (?) πείθειν ὃ βούλεται[92]). — In col. V bonum tyrannum, qui tamquam gregarius civium est, pingere videtur Philodemus ipse contra oratores publicos: — τῶι πόλεως τροφεῖ[93]). Καὶ τῶν μὲν οὐδεὶς ἢ σπανιώτατός τις ὑπὸ τῶν μισθοφορούντων[94]) δυσνοηθεὶς ἔτυχε καταστροφῆς, οἱ πλεῖστοι δὲ τῶν πολιτευσαμένων ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἐκτραφέντες ὥσπερ βόες κατεκόπησαν, εἰ μὴ καὶ χεῖρον κτλ. In fragmentis quoque hic locus invenitur, cfr. vol. II p. 147: — ἀτιμίαι[95]) τῆι μεγίστηι ἐκ τῶν πατρίδων ἐκπεσόντων ἢ θανατω-

88) cfr. quoque ad. Philod. περ ῥητ. vol. I p. 223, 12 sqq. rhett. Graec. ed. Walz VI p. 5, 19; p. 6/7; V p. 1, 8/9, cum Cicero dicat de philosophia Tuscul. I 26, 64 „philosophia vero, omnium mater artium, quid est aliud, nisi, ut Plato, donum, ut ego, inventum deorum“! Concertant inter se laudibus Philosophia et Ars rhetorica.

89) vol. I p. 225 sqq.

90) p. 234.

90a) cfr. ex. g. Demosth. 18, 3.

91) cfr. p. 232 sup.

92) cfr. Plat. Gorg. 467^{A}.

93) sic nos correximus, cfr. Plat. politic. e. g. 275^{B}.

94) „Leibwache“.

95) hoc nos scripsimus, postquam legimus Plat. politic. 308^{E}—309; cfr. Philod. π. ῥητ. I p. 265/66.

θέντων. Τοίγαρ τὰ πολλά φασιν (scil. οἱ σοφισταί) αὐτοὺς (scil. τοὺς πολιτικούς) ἑστῶτας διαγεγενῆσθαι καὶ τοὺς ἐκπεσόντας διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ παραδόξους αἰτίας ἐκπεπτωκέναι κτλ. cfr. et II p. 151/152.

Notabimus aliqua, quae ad illustrandam columnam III, quae discissa est, pertinere putamus. Namque vol. II p. 265: ἀλλὰ μὴν κἀπειδὰν τοὺς τοιούτους προφέρωνται τῶν λόγων (scil. οἱ σοφισταί), ὅτι „τῶν πολειτικῶν ἔργον προΐστασθαι πόλεων, συμβουλεύειν, πρεσβειῶν ἐμπειρίαν ἔχειν, νόμων, ψηφισμάτων, τῶν συστοίχων τούτοις, οἱ δὲ ῥήτορες ἐπίστανται πάντα ταῦτα“ (ἐγκώμιον ῥητορικῆς hoc est!), deinde verba Calliclis[96]): ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ (scil. ὁ νέος) καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστίν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ κτλ. hos locos afferendos censemus esse ad col. III verba haec: (l. 6/7): γενήσεσθαι καλὸν κἀγαθόν, (l. 12 sqq.): χωρὶς γὰρ τῶν πολλῶν, ὧν ἔμπειρον αὐτὸν εἶναι προσῆκεν, (l. 25 sqq.): — τοὺς ἀνθρώπους [τοῖς] τε συμ[βολ]αίοις καὶ τοῖς [συναλλάγ]μα[σι]ν μὴ διὰ τοὺς νόμους, [ἀ]λλὰ δ[ιὰ] τὸ τῆι [πόλ]ει[σ]υμφέρο[ν]. Tangi videtur quaestio de ratione, quae intercedat inter politicum virum, rei publicae administrandae peritum, et oratorem, virum verborum potentem[97]). In col. VII ineunt. videre licet: — βέ[λ]τιστα π[ροσά]γουσιν (scil. philosophi Epicurei) καὶ τὴν ἀδυναμίαν τοῦ φιλοποιεῖσθαι τοὺς πολλούς, ὡς ὁ τῶν πολιτευομένων χορὸς ἑκόντες εἵλοντο καὶ διατελοῦσι χαίροντες ἐπ᾿ αὐτῇ — de hac re nonnulla leguntur in fragmentis: XVI—XX, (XXXII)[98]). Exscribimus ex fragmento XIX: εἰ γὰρ θελήσειέ τις

96) cfr. Plat. Gorg. $484^{C/D}$.

97) de qua iam Plato in politic. 304^{E} definitionem fecit.

98) cfr. vol. II p. 156 sqq.

ἅπαντ' ἐπεξιὼν διασκοπεῖν, τί φιλίας ἐστὶν πολεμιώτατον καὶ δυσμενείας ἀπεργαστικώτατον, πολιτείαν ἂν εὕροι διά τε τὸν φθόνον κτλ.[99]).

In col. VIII describi videtur, quomodo philosophi Epicurei, cum incolae sint, in civitate se gerant; neque enim aliis civibus pares sunt, quorum animi modo laetitia efferuntur, modo sollicitì sunt — cfr.: ἐὰν δ' ἀποτύχωσιν (scil. οἱ πολιτευόμενοι), οὐκ ἀγανακτοῦσιν (scil. οἱ κατ' Ἐπίκουρον φιλοσοφοῦντες, ὥσπερ οἱ ἄλλοι πολῖται)[100]), εἰ καθάπερ ποιμένος πρόβατα καὶ βουκόλου βόες[101]) οὕτως ἄφρονες φαύλωι μᾶλλον προσέσχον, ἀλλὰ ... ἔργωι δὲ δούλων πλεῖστον ἀποδεόυσιν[102]) οὐδὲ δουλεύοντες ἀθρόοις αὐτοῖς (scil. τοῖς πολλοῖς) ἑνὸς ἑκάστου βουλεύονται κυριεύειν (ὥσπερ οἱ πολιτικοί, cfr. Cic. d. or. I 52/225). Οὐδὲν γάρ, ὧν ἐπιθυμοῦσιν, παρὰ [τούτων] (scil. τῶν πολλῶν) ἐκπορίζεσ[θα]ι [ἀξιο]ῦσιν οὔτ' ἐν τῶ[ι βίωι οὔτε] μετὰ τὴν τ[ελευτήν[103]). Ἀλλὰ μὴ]ν καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς ζηλοῦντας μὲν τὰ παρ' αὐτῶν[104]), προσποιουμένους δὲ ἐν μηδενὶ διεξάγειν[105]) καὶ φωρωμένους, ὅτι πολλὰ πρὸς αὐτοὺς (scil. τοὺς πολίτας)

---

99) itaque in fr. XVII ineunt. legendum esse nobis videtur pro Sudhausi φύσιν: — ῥήτορας — τοὺς φιλίαν μὴ μαθόντας. Alluditur in hoc fragm. ad Platonis locum simillimum, qui est in Gorg. p. 513(A).

100) cfr. col. V.

101) simile hoc comparandumst non cum col. V 9 sqq., sed cum Xenoph. mem. I 2, 32, ubi cives cum grege, προστάτης cum gregario conferuntur.

102) describuntur philosophi Epicurei temporibus servientes neque tamen pro servis habendi; difficilis locus correctus est ab E. Schwartz.

103) ἀξιοῦσιν incertum, cfr. lect. Neap. vol. II p. XXI. Si scribemus δοκοῦσιν, fugiemus hiatum. l. 20—21 locutionem continet, cfr. Plat. apol 41D = Cic. Tuscul. I 41, 99.

104) Vir Epicureus despicit philosophos eos, qui rem publicam capessunt atque praemia, honores etc. a civibus petunt, cfr. col. XXV s. f.

105) ἐ. μ. δ. = λιτῶς βιοῦν, διεξαγωγή enim victus est. (Cfr. Diog. L. X 6; VI 71).

καλλωπίζονται, καταφρονοῦσι μέν, ἧττον δὲ τῶν ῥητόρων ἡγοῦνται ταλαιπώρους[106]), ὅτι ...

Continuo redibimus ad eum locum libri V, quem supra breviter strinximus.

Caput II.

Leguntur col. XIX/XX haec:

καὶ τὰ συνεχῆ δὲ
τούτοις περὶ τ — — —
. . . .
ἄδικα παρὰ τὰ δοξα-
ζόμενα πρὸς τῶν πολ-
λῶν οὐκ εἶναι, τοὺς δ' ὑ-
πολαμβάνοντας ὡμοι-
ῶσθαι τοῖς καταφρο-
νοῦσι τῶν νομισμάτων,
οἷς χρώμεθα, ζητοῦσι
δ' ἕτερα, κἂν ἐξῆι δ' ἄλ-
λα κατανοῆσαι, τὴν ζή-
τησιν αὐτῶν οὐδὲν ἧττον[1]) ἄ-
χρηστον εἶναι. Χρήσα-
σθαι γὰρ οὐχ οἷόν τε τοῖς
εὑρεθεῖσι διὰ τὸ μήτε
τὰς πόλεις ἂν παραδέ||ξασθαι
μήτ' ἂν αὐτοὺς σώζεσθαι
παρὰ ταῦτά τι
πράττοντας, ὑπὸ δὲ
τῆς ῥητορικῆς οὐδέ-
τ]ερά [π]ως [γίγνεσθαι[2]).

---

106) „miseros“, cfr. Lucian. d. parasit. 853. ad rem vide col. VII 8—10.

1) addidit E. Schwartz.

2) locus turbatus est in edit. Sudh. Proponimus nos: οὐδέτερά πως γίγνεσθαι, quod magis aptum est eis, quae reliqua sunt. De

„Quae deinceps de ... quae praeter opiniones hominum iniusta existimentur, non esse, eos autem, qui ea credant esse, similes esse despicientibus nummos, quos in usu habeamus, aliosque quaerentibus. Hos ut inveniant, etiamsi illis contigerit, tamen inutilem explorationem esse; non enim uti licere novis, quod neque civitates recipiant neque ipsis inventoribus saluti futurum sit, cum praeter usitatos aliquid negotientur; rhetorica autem neutram rem effici“ (h. e. neque, ut nummi vel opiniones civitati improbentur, neque, ut novae sententiae quaerantur inventoresque puniantur [2a])). De singulis verbis postea nonnulla dicemus.

Discrimine autem eo, quod factum est inter notiones boni iusti aequi vulgares et veras, quas philosophia peti dicebant, introducimur in ipsius philosophiae controversiam, quae agitari solebat inde a Platone [3]). In quem maxime sophistarum verba illa, quae modo exscripsimus, quadrant, non quo ei soli obtrectare voluerint, at ille contraria ista excogitavit et temporibus posterioribus fundamentum hoc philosophandi dedit. Eius enim non modo primus libellus eorum, quos de re publica scripsit, sed totum istud opus nec solum istud, verum omnia eius scripta, quibus quidem de virtute agit et de scientia, luculentissimum praebent exemplum τοῦ ζητεῖν τὰ κατ' ἀλήθειαν ὄντα (παρὰ τὰ πρὸς τῶν πολλῶν δοξαζόμενα). Exceperunt discriminis huius rationem maxime philosophi Cynici et Stoici, cum v. c. in Diog. Laert. VI 83 scriptum videamus de Monimo Cynico: οὗτος μὲν ἐμβριθέστατος ἐγένετο, ὥστε δόξης μὲν

---

particula πώς cfr. p. 246, 33/34; Plat. Criton. 46[D]; Aristot. rhetor. 1356 b sup.: καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν πως· vide quoque Philod. π. ῥητ. I 147, 2 (πού).

2a) contra Philodemus col. XXII ineunt.

3) cfr. ex. g. Plat. Criton. 48[A]: οὐκ ἄρα, ὦ βέλτιστε, πάνυ ἡμῖν οὕτω φροντιστέον, τί ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι ὁ ἐπαΐων περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ὁ εἷς καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια.

καταφρονεῖν, πρὸς δ' ἀλήθειαν παρορμᾶν et Stoici sapientis vel primum signum posceretur hoc [4]): ἔτι τε μὴ δοξάσειν τὸν σοφόν, τουτέστι ψευδεῖ μὴ συγκαταθήσεσθαι μηδενί. At haec fere ipsa ars sophistica antiquitus erat, nihil veri agnoscere, sed opiniones atque sensa uniuscuiusque tamquam vera atque summa in caelum attollere. Hanc ob causam, quoniam ars rhetorica instrumentum erat illustre sophisticae artis, discordiam, quae etiam postea fuit inter philosophiam et rhetoricam, paene totam a Platone iam saeculo ante Chr. n. IV, quantum ad principia attinet, adumbratam esse cernimus, praecipue „Gorgia“ et „Phaedro“ dialogis, quem philosophum Cicero quoque „harum disputationum inventorem et principem“ esse ait [5]). Etenim vetus illud sophistarum enuntiatum scriptum videmus in Phaedro 260[A]: οὐκ εἶναι ἀνάγκην τῷ μέλλοντι ῥήτορι ἔσεσθαι τὰ τῷ ὄντι δίκαια μανθάνειν, ἀλλὰ τὰ δόξαντα ἂν πλήθει, οἵπερ δικάσουσιν, οὐδὲ τὰ ὄντως ἀγαθὰ ἢ καλά, ἀλλ' ὅσα δόξει· ἐκ γὰρ τούτων εἶναι τὸ πείθειν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς ἀληθείας. Hanc rem inde a Platone per omnia rhetorum oratorum philosophorum scripta persecutum aliquem multis exemplis demonstraturum esse, quibus rationibus discrimen illud τῶν δοξῶν et τῶν κατ' ἀλήθειαν ὄντων omni tempore repetitum sit in arena philosophorum oratorumque, experti nos autumamus. Multa ex Ciceronis operibus hauriri possunt; atque videmur nobis iure duas res denotare fortasse gravissimas, quas existimamus satis significatas adhuc non esse. Cicero enim profert paradox. prooem. 2: „nos ea philosophia plus utimur, quae peperit dicendi copiam, et in qua dicuntur ea, quae non multum discrepant ab opinione populari; Cato autem, perfectus mea sententia Stoicus, et ea sentit, quae non sane probantur in vulgus, et in ea est haeresi, quae nullum

---

4) cfr. Diog. L. VII 121.

5) cfr. d. or. I 11, 47.

sequitur florem orationis neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit“; cfr. deinde de orat. II 38, 159, post ibid. III 18, 66: „Accedit, quod orationis etiam genus (Stoici) habent fortasse subtile et certe acutum, sed, ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum * ac tamen eiusmodi, quo uti orator ad vulgus nullo modo possit. Alia enim et bona et mala videntur Stoicis et ceteris civibus vel potius gentibus, alia vis honoris ignominiae, praemii supplicii[6]): — ea si sequamur, nullam umquam rem dicendo expedire possimus.« Duas praecipue agnoscimus res; agitur enim semper de orationis genere simul et de mente sententiarum; idem autem in Philodemo vidimus, cum inde a col. IX libri V sophistas cognosceremus dimicare contra philosophorum, imprimis dialecticorum orationem subtilem ac difficile accuratumque genus argumentandi, tunc in col. XX vituperare ipsa ea, quae cogitent ac censeant de rebus bonis ac malis.

De hac re, quomodo vir Epicureus se defendat, paulo post considerabimus; nunc pauca quidem verba impertienda sunt simili ei, quo circumdederunt sententiam suam sophistae. Eos enim, qui nova iudicia de rebus iustis et iniustis ferant, aiunt idem facere, quod ei, qui novos nummos quaerant, usitatos contemnant; utramque autem operam inutilem esse, quoniam civitates novos nummos non recepturae sint et ipsi in periculum capitis venturi sint, si in negotiis usitatos non adhibeant. Hoc simile pluries legitur in libris antiquis. Nova autem nobis lux fiet, si pro eo, quod est δοξαζόμενα (col. XX 2/3), ponemus verbum cognatum: νομιζόμενα. Deinde videndum est, quomodo discrimen

6) vide eadem fere verba in Philodemo l. l., col. XXI 3 sqq., XXII 1 sqq., XX 26 sqq.

rhetoricae et philosophiae ab Hermogene[7]) adumbretur: καὶ πρῶτον γε, ὅτι ἐστὶ πολιτικὸν ζήτημα, ῥητέον· ἔστι τοίνυν ἀμφισβήτησις λογικὴ ἐπὶ μέρους, ἐκ τῶν παρ' ἑκάστοις κειμένων νόμων ἢ ἐθῶν περὶ τοῦ νομισθέντος δικαίου, ἢ τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ συμφέροντος κτλ. τὸ γὰρ ὡς ἀληθῶς τε καὶ καθόλου καλὸν ἢ συμφέρον ἢ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν οὐ ῥητορικῆς. Sic usu linguae Graecae, qua cum alia civitati alicui probata et usurpata νομιζόμενα vocabantur[8]), tum nummi, multo magis in promptu erat, simile illud fingere, quam nobis est. Omisso simili eadem paene verba ab accusatoribus in Socratem illata erant, Xenoph. mem. I, 1, 1: ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεούς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. Sane ὅτι τὸ νόμισμα διαφθείρουσιν οἱ φιλόσοφοι, etiam hoc dicunt sophistae, adversarii Philodemi, simili illo.

Primus tale finxit simile, quod quidem nos scimus, princeps sapientium Atheniensium, Solon, qui secundum Demosthenem[9]) τοὺς νόμους dixit esse νόμισμα τῆς πόλεως et peiorem esse hominem eum, qui νόμους, quam qui νομίσματα corrumperet. Quo factum est, ut omnino ea, quae iusta esse existimabantur, cum nummis conferrentur, cfr. Aristot. rhetor. 1395 b sup. (praeceptum est dicendi contra legem positam): ὅτι ὥσπερ ἀργυρογνώμων ὁ κριτής ἐστιν, ὅπως διακρίνῃ τὸ κίβδηλον δίκαιον καὶ τὸ ἀληθές. Omnino res bonae malaeque atque virtutes ipsae cum nummis comparatae sunt, quoniam, sicut nummi, necessariae sunt in usu vitae earum notiones. Commemorandum nobis est celeberrimum ex scriptis Platonis exemplum, quod est in Phaedon. p. 69 A–C: ὦ μακάριε Σιμμία, μὴ

7) d. stat. I (rhett. Gr. ed. Walz vol. III p. 2).

8) Et hoc quidem usu τὸ (νομίζειν vel potius) νομίζεσθαι per se plenam verbi notionem reddit neque nomine praedicativo eget; cfr. Plat. Gorg. 466 B, Aristoph. nubb. 277, 962, Plat. pol. 419 A; Lucian. Hermot. 24.

9) or. XXIV 212—214.

γὰρ οὐχ αὕτη ᾖ ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή, ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι καὶ μείζω πρὸς ἐλάττω, ὥσπερ νομίσματα, ἀλλ' ᾖ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀντὶ οὗ δεῖ ἅπαντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις κτλ. Hae locutiones sic in usum linguae sunt receptae, ut nota eiusmodi legatur in dialogo quodam Pseudoplatonico, cfr. Eryx. 400 C: ἔστιν — ἕκαστα τούτων (h. e. νομίσματα et alia κτήματα) ὄντα τοῖς μὲν χρήματά τε καὶ πλούσιοι οἱ ταῦτα κεκτημένοι, τοῖς δὲ οὔτε χρήματα οὔτε πλουσιώτεροι διὰ τοῦτο, ὥσπερ γε οὔτε[10]) καλά τε καὶ αἰσχρὰ πᾶσι τὰ αὐτά, ἀλλ' ἕτερα ἑτέροις. Itaque Diogenem Sinopensem, cum ei obtigisset oraculum παραχαράξαι τὸ πολιτικὸν νόμισμα, alienis coepisse moribus uti et sententias dixisse eas de rebus vitae, quae abhorrerent a consuetudine hominum, narrant[11]).

Iam in commune si volemus causam afferre, cur oratores et sophistae declararint philosophos quasi novos nummos quaerere, affirmandum nobis erit factum hoc esse morali parte philosophiae. Namque cum homines consuetudines sequerentur et opiniones et has quidem saepe vanas[12]), philosophi quaerendo et considerando occupati erant[13]) et hoc quidem arte colloquendi et dialectica. Cuius summa, siquidem ad hanc perveniebatur, erat in definitionibus (ὅροις) sita. Iam haec quoque imago animo suboritur nostro: definitionibus res bonae ac malae signo circumdabantur certo; haec civium consuetudo non erat, at nummi eis cum certis signis cudebantur. Quae autem philosophis place-

---

10) οὐδὲ?

11) cfr. Diogenis vitam apud Diog. Laert. VI, imprimis §§ 20/21, 71.

12) cfr. etiam Protagoram apud Plat. Protag. 353 A dicentem hoc: τί δὲ ὦ Σώκρατες δεῖ ἡμᾶς σκοπεῖσθαι τὴν τῶν πολλῶν δόξαν ἀνθρώπων, οἵ, ὅτι ἂν τύχωσιν, τοῦτο λέγουσιν;

13) vide Platonem pol. 336 E philosophos, qui de iustitia considerant, pingentem tamquam fossores auri.

bant definientibus, haec saepe non hominibus; veluti cum Antisthenes ἀγαθὸν τὸν πόνον, nominaret, et Stoici solum bonum et summum in virtute ponerent, ut hi quidem, Cynici et Stoici, id fere effecerint, quod ille nostrae aetatis philosophus vocavit „Umwertung aller Werte“[14]).

Redeamus nunc aliquando ad ipsas Philodemi lineas. Itaque ante ἄδικα (l. 2) fuisse δίκαια, etiam plura talium adiectivorum, ut τἀγαθὰ καὶ κακά, ponimus ex usu linguae[15]). Eorum autem, quae sequuntur verborum, paene unumquodque propriam hic habet rationem. Namque ζητεῖν et εὑρίσκειν verba sunt cum aliorum hominum operae, tum philosophorum propria[16]); „inventa philosophorum“ non rara locutio est. Illud quoque, quod est κατανοεῖν (ἕτερα vel καινὰ νομίσματα κατανοεῖν) hic valde idoneum est, quoniam non solum idem valet, atque id, quod est καταλαμβάνειν (τῷ νῷ), sed interdum etiam id est, quod nos dicimus „entdecken“[17]). Deinde τὸ ἄχρηστον εἶναι non modo in re nummorum locum suum habet, sed floruit haec locutio ad improbandam aliquam scientiam vel artem vel quaestionem. Τὴν τῶν φιλοσόφων ἀκρίβειαν ἄχρηστον εἰς τὸν βίον εἶναι legimus nos in libri huius col. XIV s. f., Ἀλεξίνου γὰρ ἐν τοῖς περὶ ἀγωγῆς κατηγοροῦντος τῶν ῥητορικῶν σοφιστῶν, ὅτι „πολλὰ

---

14) Meminimus praeceptorem nostrum Eduardum Schwartz in scholis suis commendavisse aliquando, ut quod philosophi veteres ἀγαθὰ dicerent, nostra lingua eo, quod est „Werte“, redderemus nomine. Etenim his ipsis de rebus quam vehementer disputatum sit temporibus posterioribus, Ciceronis cognoscitur libris eis, quos de finibus bonorum et malorum scripsit — eisdem fere temporibus, quibus sophistae illa proferebant, contra quae pugnat Philodemus.

15) cfr. ex. g. col. XXII 1—4, XXIV 16—18, Cic. d. or. I 10, 42; II 16, 67; Quintil. inst. orat. XII 2, 5.

16) cfr. quoque iterum Plat. pol. 336 E.

17) cfr. Aristotel. politic. A 1259 a sup.: κατανόημά τι χρηματιστικόν (scil. ἡ μονοπωλία), paulo post ὅραμα Θάλεω appellatur ἡ μονοπωλία.

ζητοῦσιν ἀχρήστως“ Philod. περ. ῥητ. vol. I p. 79 sup.[18]), Μελέαγρος δὲ .... καὶ Κλειτόμαχος ..... φασὶν αὐτοὺς (τοὺς Κυρηναϊκούς) ἄχρηστα ἡγεῖσθαι τότε φυσικὸν μέρος καὶ τὸ διαλεκτικόν Diog. L. II 92[19]). — Sophistae igitur contendunt non de veritate, sed de usu vitae[20]).

Iam si quis consilium huius partis operis Philodemei perspicere curabit, ea quoque verba gravia videbuntur esse, quae leguntur lineis 19—24. Namque cum appareant satis certae literae haece:

παρα[δι
δοσθαι υ[πο
μονης την ....,

admonemur nos de loco, qui legitur in med. col. XXV (l. 11):

εἰ δ' ἡ ῥητορικὴ
τούτων τὴν ἐμπειρίαν
παραδίδωσιν, ὥστε μό-
νην ῥηθῆναι κτλ.

Colligere igitur licet nobis ex his duobus locis praedicavisse sophistas doctrinam suam: tradere sese discipulis ἐμπειρίαν rerum bonarum honestarum iustarum, quales in hominum vita valeant, h. e. in iudiciis, in foro, in curia; philosophorum inventa nihili esse. Hoc sophistarum enuntiatum interponendum esse censemus inter col. XIX et XX, ubi multa etiam supersunt sententiae illorum. Nam usque ad l. 19 loquentes facit auctor adversarios. Tunc ipse sic fere incipit refutationem suam: Ἀλ-

λ[ά γε] τὸν [ἐκείνων τρό-
πο[ν οὔτε μάλιστά φα]με[ν
ζη[τ]ε[ῖσθαι κ]αὶ παρα[δί-
δοσθαι τ[αῦτ' ο]ὐθ' ὑ[πὸ
μόνης τῆ[ς ῥητορικῆς[21]).

18) = suppl. p. 40 sup.
19) cfr. quoque ibid. VI 73; VII 161.
20) cfr. Cic. d. or. I 54, 233.
21) Neque reliquiis neque sententiae satis respondet, quod

Feliciter antecessit nobis Sudhausius eo, quod respondentia reddidit οὔτε μάλιστα — οὔθ' ὑπὸ μόνης (τ. ρ.) ex usu linguae Graecae. Cfr. Philod. π. ῥητ. II p. 85 inf.: δεδόσθωι, φήσω, τὸ μόνον ἢ μάλιστα τυγχάνειν τοῦ τέλους τὸν τεχνείτην· κτλ. Etenim haec artis uniuscuiusque propria laus est, ut sibi solis vel maxime sibi aliquam rem contingere artifices praedicent. Sophistae autem quomodo se efferant, videre licet etiam vol. I p. 202, 21 sqq., ubi col. XXI[a] 4/5 cernitur: μόνοι ἢ μάλιστα. Dicit igitur Philodemus lineis, quas scripsimus: „Atqui ratione sophistarum nos quidem negamus vel maxime vel sola rhetorica arte res illas (bonas ac malas in vita)[22]) quaeri ac tradi.“ Pergit deinceps: „Nam ne nostri quidem docent de his rebus alia, atque quae homines cogitant.“

Caput III.

Videmus igitur scripta vv. 25 sqq. haec:

Τὰ μὲν γὰ[ρ ....[1])
ἀγαθὰ κα[ὶ .....]α ταὐ[τὰ
τοῖς ὑπὸ τῶν πολλῶ[ν
νοουμένοις, οἶμαι, [φα-
σὶν [οἱ] καθ' ἡμᾶς φιλο[σο-
φοῦν[τε]ς αὐτῶι μόνον
παρα[λλά]ττοντες ἐκε[ί-
νων [τῶι μ]ὴ παθητικῶς

Sudhausius posuit: τὴν πολιτικήν. „TI“ sic scriptum vidimus in exempl. Oxon., in ex. Neap. sub fin. versus I apparet.
22) cfr. Cic. d. or. I 10, 42.
1) v. 25—26 falso ordine supplet Sudhausius: δίκαια καὶ ἀγαθὰ καὶ καλά. Cfr. col. XXII ineunt. Redibimus nos ad hanc lacunam.

μόνον, ἀλλ' [ἐ]πιλογ[ι]σ-
τικῶς αὐτὰ κατανο-
εῖν καὶ μὴ πολλάκις αὐ-
τῶν λήθην λαμ[βά]νειν — —

„Namque .. bona ..... eadem dicunt esse, ut duco, atque quae ab hominibus sentiuntur, nostrae sectae philosophi, cum hoc tantum differant ab illis, quod non solum sensibus opinionibusque, sed etiam ratione ea comprehendunt neque saepe obliviscuntur .....“ Etenim Epicurei, cum voluptatem ut summum bonum peterent et iudicia veritatis sensibus potissimum traderent, aut nequaquam mores hominum communes deserere videbantur aut multo id minus, quam Stoici vel alii. Atque Epicureos allicuisse ad se multos discipulos nota res fuit, „quod ita putant dici ab Epicuro, recta et honesta quae sint, ea facere ipsa per se laetitiam, id est voluptatem“ [2]); facillimam autem ad evertendum rationem Epicuream iudicavit Cicero [3]). Epicurus quidem ipse multus in eo est, ut vitam hominum insipientem despiciat; ea autem, quae de opinionibus dicit, diversam speciem praebent, quoniam eas contemnit, ubi hoc fert: ἀσεβὴς δ' οὐχ ὁ τοὺς τῶν πολλῶν θεοὺς ἀναιρῶν, ἀλλ' ὁ τὰς τῶν πολλῶν δόξας θεοῖς προσάπτων [4]) vel hoc: οὐ γὰρ — ὅσα φέρει πολυτελὴς τράπεζα, τὸν ἡδὺν γεννᾷ βίον, ἀλλὰ νήφων λογισμὸς .... καὶ τὰς δόξας ἐξελαύνων .... [5]). ubi multitudinis metum vel spem mortis vituperat [6]); sed interdum altiore eas loco ponit quam alii philosophi, velut infimam mentis motionem significat τὸν μῦθον et

2) cfr. Cic. d. finn. I 7, 25.

3) cfr. Cic. ibid. 5, 13.

4) cfr. Diog. L. X 123. Simili modo loquitur Socrates Xenoph. mem. I 1, 19.

5) cfr. Diog. L. ibid. 132.

6) ἀλλ' οἱ πολλοὶ τὸν θάνατον ὁτὲ μὲν ὡς μέγιστον τῶν κακῶν φεύγουσιν, ὁτὲ δ' ὡς ἀνάπαυσιν τῶν ἐν τῷ ζῆν κακῶν ποθοῦσιν, Diog. L ibid. 125.

τὴν ἄλογον παράστασιν· — τάραχος ὁ κυριώτατος ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς γίγνεται ἐν τῷ ταῦτα μακάριά τε δοξάζειν ...... καὶ ἐν τῷ αἰώνιόν τι δεινὸν .... προσδοκᾶν .... κατὰ τοὺς μύθους .... καὶ ἐν τῷ μὴ δόξαις ταῦτα πάσχειν, ἀλλ' ἀλόγῳ γέ τινι παραστάσει· ὅθεν μὴ ὁρίζοντας τὸ δεινὸν τὴν ἴσην ἢ καὶ ἐπιτεταμένην ταραχὴν λαμβάνειν τῷ εἰ καὶ ἐδόξαζον ταῦτα [7]). Cfr. quoque verba haec: μόνον ὁ μῦθος ἀπέστω [8])· — δῆλον ὅτι καὶ ἐκ παντὸς ἐκπίπτει φυσιολογήματος, ἐπὶ δὲ τὸν μῦθον καταρρεῖ [9]). Ceterum dictiones, quales sunt: „δεῖ δὲ νομίζειν“ [10]) et „δοξαστέον“ [11]), repetuntur in illis de rebus naturalibus epistulis. Itaque cum vanam opinionem notant Epicurei, amant κενὴν δόξαν nuncupare; cfr. Diog. L. X 87: οὐ γὰρ δὴ ἰδιολογίας καὶ κενῆς δόξης ὁ βίος ἡμῶν ἔχει χρείαν, ἀλλὰ τοῦ ἀθορύβως ἡμᾶς ζῆν. Philod. π. ῥητ. Sudh. I p. 329 inf.: εἰ δ' ὀλίγα τῶν κατὰ δόξαν ἀληθῆ φαίνετ' εἶναι, — προσῆκον ἀντιθεῖναι τὰ κατὰ ματαίαν δόξαν —. Κενοδοξία vocabulum libenter adhibetur ab Epicureis.

Qui autem fit, ut Epicurus τὸ δοξάζειν modo concedat, modo vituperet? Explicat quodammodo Philodemus: vulgi δόξαι tantum παθητικῶς sentiuntur atque ob id in errorem saepe ducunt, philosophi vero δόξαι etiam ἐπιλογιστικῶς cognoscuntur. Hic quoniam omnes res vitae semper ad ea, quae sunt τὰ τέλη, h. e. ad voluptatem et dolorem refert, notum illud affirmandum nobis est: fines eosdem sentiri hominibus et philosophis Epicureis [12]), sed solum sapientem id agere, ut usquequaque omnes res ad fines referat [13]). Is enim semper

7) vide Diog. L. ibid. 81.

8) ibid. 104.

9) ibid. 87. Memorandi sunt loci aliquot Platonici, quibus λόγος et μῦθος distinguuntur. Gorg. 523 A. Protag. 320 C, 324 D.

10) e. g. § 49, Diog. L. X.

11) e. g. § 68 ibid.

12) cfr. Cic. d. fin. I, 9, 30.

13) Diog. L. X 146, Sentent. Sel.: τὸ ὑφεστηκὸς δεῖ τέλος λογίζεσθαι κτλ. 148, Sent. Sel.: εἰ μὴ παρὰ πάντα καιρὸν ἐπανοίσεις κτλ.

est memor finium naturae neque umquam obliviscitur[14]). Hoc ait Philodemus, haec est sententia Epicureorum. Vocabula igitur, quae sunt παθητικῶς et ἐπιλογιστικῶς, non occasione quadam scriptori oblata sunt, sed termini sunt in hac re proprii[15]). Sensus enim et ea, quae ad sensus pertinent, quoniam indicia (κριτήρια) veritatis et rectae voluntatis sunt secundum doctrinam Epicuream, leve dant onus hominibus vulgaribus; unus enim quisque eorum ea possidet, etiam animalia possident. Philosophus autem veras mentis rationes (λόγους, ἀναλογίσματα κ. τ. τ.) habere debet, sine quibus ne fines quidem nec voluptas certe teneri possunt. Cfr. Philod. π. ῥητ. Sudh. I p. 218: οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ πρᾶγμα καθ' ἑαυτὸ τοῖς ὅλοις οὐδέν ἐστιν ἐπαινετὸν ἢ ψεκτόν, ἀλλὰ γείνεται τὸ μὲν καθόσον ὁμολογεῖ τῶι τέλει τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ καθόσον τῶι τῶν κακῶν, ὁ μὴ ταῦτ' ἐγνωκὼς ἐπιλελογισμένως οὐδὲ κατὰ τὴν ἀναφορὰν τὴν ἐπ' αὐτὰ διορίζειν δυνήσεται τὰ λαμβανόμενα πρὸς τοὺς ἐπαίνους[16]) —. Post cfr. ex. g. Epicuri verba ultima: — ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ[17]). — Philodemus igitur, cum alibi[18]) scribat haec: κἂν ἄρα (οἱ σοφισταί) ποτε τῶν ἀγαθῶν

14) cfr. Diog. L. X 82: — συνεχῆ μνήμην ἔχειν τῶν ὅλων —. 116: ταῦτα δὴ πάντα — μνημόνευσον. κατὰ πολύ τε γὰρ τοῦ μύθου ἐκβήσῃ κτλ. 123: — ταῦτα καὶ πρᾶττε καὶ μελέτα. Vide rursus Cic. d. fin. I 9 l. l.: — tantum satis esse admonere.

15) Quibus Plato usus est, ubi de scientia (περὶ ἐπιστήμης) argumentatus est. Cfr. Plat. Theaet. 186; exscribimus nos haec: οὐκοῦν τὰ μὲν εὐθὺς γενομένοις πάρεστι φύσει αἰσθάνεσθαι ἀνθρώποις τε καὶ θηρίοις, ὅσα διὰ τοῦ σώματος παθήματα ἐπὶ τὴν ψυχὴν τείνει· τὰ δὲ περὶ τούτων ἀναλογίσματα — μόλις καὶ ἐν χρόνῳ — παραγίγνεται οἷς ἂν καὶ παραγίγνηται; Παντάπασι μὲν οὖν. — Ἐν μὲν ἄρα τοῖς παθήμασιν οὐκ ἔνι ἐπιστήμη, ἐν δὲ τῷ περὶ ἐκείνων συλλογισμῷ· κτλ. (vide quoque Dionys. Halicarn. de comp. vv. 14 med.).

16) cfr. quoque ibid. II p. 30—31.

17) Diog. L. X 22.

18) π. ῥητ. I p. 217 inf.

τινας ἐγκωμιάζωσιν καὶ τῶν ἀτόπων κατηγορῶσιν, οὐ τῶν κατ' ἀλήθειαν ὄντων (scil. κατηγοροῦσιν), ἀλλὰ τῶν τοῖς πολλοῖς νομιζομένων καὶ καθόλου τῶν τὰς δημώδεις ἀρετὰς καὶ κακίας ἐχόντων·, hoc loco mitius iudicare videtur de opinionibus hominum. Adeo autem argute loquitur, ut etiam porro nos in arcana quaedam philosophiae inducat.

Columnae XXI initium sic servatum est, ut quasi tribus datis quartum reperire valeamus. Legitur inde a lin. 3:

Τὰ δὲ ποιητικὰ τῶν τε-
λῶν οὐ ταὐτὰ τοῖς πολ-
λοῖς εἶναι δοξάζουσιν,
οἷον ἀρχὰς καὶ πολιτεί-
ας καὶ καταστροφὰς ἐ-
θνῶν καὶ πᾶν, εἴ τι τού-
τοις ὅμοιόν ἐστιν. Πα-
ραπλησίως δὲ καὶ τὰ
νοούμενα κατὰ τὰς
βλεπομένας προλή-
ψεις ὑπ' αὐτῶν καὶ δίκαι-
α καὶ καλὰ τίθεμεν εἶ-
ναι, περὶ δὲ τῶν εἰς τὰς
προλ]ήψε[ι]ς ἐναρμοτ[τόν-
των] [19]) παραλλάττομεν
ἤδη τ]ῆς τῶν [πολλῶ]ν
δόξης .....]

„At efficientia finium non eadem, quae homines, putant esse, scilicet imperia magistratus triumphos, alia eiusmodi. Simili autem ratione ponimus nos ea, quae ab illis sentiuntur iusta et honesta ex anticipationibus visis, de eis autem, quae ad anticipationes congruant, differimus ab opinionibus hominum ....." Duo paria cernimus: Philodemum bis pronuntiantem:

19) Sic probabilius separantur linearum litterae. Locutionis exempla post feremus.

„Hactenus consentimus cum hominibus, deinde dissentimus.“ Prioris paris istius dimidiam nondum scripsimus, quoniam cum columna inducitur mutila. Eandem fere sententiam explicavit in fine col. XX declarando: „Consentimus cum hominibus ita, ut eo tantum differamus ab eis, quod ...“ Purae philosophiae Epicureae locutiones existimamus esse eas, quae leguntur verss. 10—19 col. XXI; apparent eaedem in Diogenis Laert. libro X.

Πρόληψις non eodem modo videtur comprehendi ab Epicureis atque a Stoicis [20]); ob id miram illam dictionem invenimus: τὰ κατὰ τὰς βλεπομένας προλήψεις νοούμενα. Cfr. Diog. L. X 72: τὸν γὰρ δὴ χρόνον οὐ ζητητέον, ὥσπερ καὶ τὰ λοιπά, ὅσα ἐν ὑποκειμένῳ ζητοῦμεν, ἀνάγοντες ἐπὶ τὰς βλεπομένας παρ' ἡμῖν αὐτοῖς προλήψεις. Quid sibi volunt προλήψεις βλεπόμεναι? Cum his cur τὰ νοούμενα conciliantur? Nonne πρόληψις est ipsa τὸ δίκαιον αὐτὸ ἐφ' αὐτοῦ? Apud Stoicos hoc videtur esse, cfr. quoque Arrian. diatrib. Epictet. II 17: πῶς ἐφαρμοστέον τὰς προλήψεις τοῖς ἐπὶ μέρους, h. e. τὰ καθόλου τοῖς ἐπὶ μέρους vel, ut nostra utamur lingua: „Wie man die im Denken vorhandenen allgemeinen Begriffe den einzelnen Fällen richtig zuerkennt“ [21]). Et hae quidem προλήψεις indicant: esse aliquid iustum vel bonum vel tale, de singulis rebus vel actionibus non definiunt. Hermagoras igitur, sophista ille [22]), cum τὴν κοινὴν ἔννοιαν — sic quoque appellata videtur esse ἡ πρόληψις — apprehenderet, in medio reliquit ad certandum de singulis quaestiones; unaquaeque enim suam habet considerationem; et id ipsum voluit [23]). Philosophis autem munus ortum est,

20) cfr. Diog. L. VII 54.

21) vide quoque Platonis Phaedon. 75 D, 73 A.

22) cfr. Aurel. Augustin. d. rhet. 4.

23) Rhetorica non in profunda descendit. De ea ait Diog. L. III 55: ζητεῖ γὰρ οὐ περὶ αὐτοῦ τοῦ δικαίου, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐπὶ μέρους δικαίων. Idem Hermogenes in principio libri de statibus scripti. —

quandoquidem τὴν πρόληψιν cognoverant, ut, quibus semper condicionibus singulis vel factis tribuerent recte notionem, quam anticipatione possidebant, spectarent. Itaque semper de hoc: τί πρακτέον, τί ποιητόν, quid officium sit, disputatum est philosophis atque deliberatum; atque hoc quidem praesertim Stoicis.

Non eandem Epicurei sequuntur rationem. De eis traditur hoc: τὴν δὲ πρόληψιν λέγουσιν οἷον εἰ κατάληψιν ἢ δόξαν ὀρθὴν ἢ ἔννοιαν ἢ καθολικὴν νόησιν ἐναποκειμένην, τουτέστι μνήμην τοῦ πολλάκις ἔξωθεν φανέντος [24]). Epicureorum igitur πρόληψις non notio in mente insita est, sed oculorum sensu e vita anteacta τῇ μνήμῃ receptus τύπος βλεπόμενος (rerum earum, quae oculis corporis cerni possunt [25]). Haec πρόληψις communis omnibus hominibus est; etenim sensus ille communis idem fere videtur esse. Cfr. quoque Philod. π. ῥητ. Sudh. I p. 207 inf.: — εἰ δὲ περὶ τῶν κατὰ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις ἐπιβλεπομένων, κἂν ὑπὸ παιδὸς ἐλενχθείης ἄν. Iam, quandoquidem τὰ νοούμενα ea sunt, quae sola mente concipiuntur [26]), illa prolepsi Epicurea οὐδὲν νοεῖσθαι

Hoc discrimen, quod est inter τὰ καθόλου vel τὰ κοινῶς et τὰ κατὰ μέρος vel τὰ ἐπὶ μέρους, frequenter usitatum, cfr. Philod. περ. ῥητ. I p. 212/13; καὶ πάλι τὸ συμβουλευτικὸν οὐ τοῖς κατὰ μέρος ἀνθρώποις („dem Einzelnen“) ὑπὲρ τῶν εἰς βίον μακάριον ἀνηκόντων —, ἀλλὰ δήμῳ καὶ πλήθεσιν κοινῶς („der Gesamtheit“) περὶ τῶν πολειτικῶν λεγομένων πραγμάτων —; hanc ob causam in eo loco erravit Sudhausius, ubi (cfr. suppl. p. 5 adnot.) edebat: „ἐπὶ μέρους ἄνδρες, Halbkünstler“ explanans locum hunc: — χαρακτῆρα μοχθηρότατον, ὅταν ἀπὸ τῶν ἐπὶ μέρους ἀνδρῶν κατηγορίαν τῶν ἐπιστημῶν ποιῆταί τις. Vere enim sic interpretandumst: eine ganz schlechte Art, zu beweisen, wenn einer, durch einzelne Vertreter veranlasst, eine Anklage gegen ihre Wissenschaft überhaupt erhebt; sic res se habet in eo quoque loco, quem Sudhausius adnotat: καὶ τὸ τῶν ἐπὶ μέρους ἁμάρτημα τῆι τέχνηι δοκεῖ συνάπτειν —

24) Diog. L. X 33.

25) cfr. Diog. L. l. l.

26) cfr. Diog. L. VI 53.

cognoscimus, nisi praecedentibus ac ducibus sensibus, cfr. in Diog. L. X l. l. exemplum προλήψεως hoc: — οἷον τὸ Τοιοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος· ἅμα γὰρ τῶι ῥηθῆναι ἄνθρωπος εὐθὺς κατὰ πρόληψιν καὶ ὁ τύπος αὐτοῦ νοεῖται προηγουμένων τῶν αἰσθήσεων. Itaque mente concipere aliqua, quae non referuntur ad veritatem sensuum atque ad voluptatem (h. e. τό τέλος), nihili est e doctrina Epicuri; cfr. Diog. L. X 152 (Sent. Sel.): „κἂν μεταπίπτῃ τὸ κατὰ τὸ δίκαιον συμφέρον, χρόνον δέ τινα εἰς τὴν πρόληψιν ἐναρμόττῃ, οὐδὲν ἧττον ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἦν δίκαιον τοῖς μὴ κεναῖς φωναῖς ἑαυτοὺς συνταράττουσιν, ἀλλ᾽ εἰς τὰ [27]) πράγματα βλέπουσιν [28]). Etenim cum loco illo Philodemeo legamus: τὰ νοούμενα κατὰ τὰς βλεπομένας προλήψεις ὑπ᾽ αὐτῶν (= ὑπὸ τῶν πολλῶν) δίκαια καὶ καλά, interpretamur nos sic: secundum rectam Epicuri doctrinam τὰ καθ᾽ αὑτὰ δίκαια καὶ καλὰ non sunt προλήψεις; neque enim τὰ δίκαια κ. κ. ἔξωθεν ἐφάνη βλεπόμενα, sed status rerum tranquillus et conditio hominum aequa πολλάκις ἔξωθεν ἐφάνη βλεπόμενα, ita ut secundum hanc rerum imaginem, quae in animo orta est, mente concepta sit notio τοῦ δικαίου. Una autem cum hominibus philosophos Epicureos affirmare ait Philodemus τὰ νοούμενα κατὰ τὰς βλεπομένας προλήψεις. Haec enim καθολικὰ sunt. Tum addit hoc: περὶ δὲ τῶν εἰς τὰς προλήψεις ἐναρμοττόντων παραλλάττομεν ἤδη τῆς τῶν πολλῶν δόξης. Eadem verba modo scripta vidimus in Sententia illa Epicuri Selecta.

Quomodo haec explicemus? Simili fortasse modo eis, quae in Arriano (diatrib. Epictet.) l. l. novimus: πῶς ἐφαρμοστέον τὰς προλήψεις τοῖς ἐπὶ μέρους. Epicurus quidem ipse iuvat nos explicatione hac [29]): ἔνθα μὴ καινῶν γενομένων τῶν περιεστώτων πραγμάτων ἀνεφάνη μὴ

27) secundum correcturam Useneri.

28) βλέπειν verbum est ab Epicureis occupatum, cfr. quoque Diog. L. X 136.

29) Sent. Sel. XXXVIII (Usen.), Diog. L. X 153.

ἐναρμόττοντα εἰς τὴν πρόληψιν τὰ νομισθέντα δίκαια ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων, οὐκ ἦν ταῦτα δίκαια. ἔνθα δὲ καινῶν γενομένων τῶν πραγμάτων οὐκέτι συνέφερε τὰ αὐτὰ δίκαια κείμενα, ἐνταῦθα δὲ, τότε μὲν ἦν δίκαι᾽, ὅτε συνέφερεν εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν τῶν συμπολιτευομένων· ὕστερον δ᾽ οὐκ ἦν ἔτι δίκαιον, ὅτε μὴ συνέφερεν. Ut omnes res, sic ea, quae iusta et aequa vocantur ab hominibus, Epicurus refert ad fines bonorum, i. e. ad voluptatem. Hunc natura hominibus finem et sentiri et esse declarat. Itaque cum e prolepsi sua [30]) duas praecipue res poscat de eo, quod δίκαιον vocatur, ut et utile sit re vera unicuique ac societati hominum et inter sese ab hominibus consulto constitutum sit [31]), non licere censet hominibus arbitrio suo decernere, quid iustum sit. Haec quidem erat Protagorae sententia [32]): — ἐν τοῖς δικαίοις καὶ ἀδίκοις καὶ ὁσίοις καὶ ἀνοσίοις ἐθέλουσιν ἰσχυρίζεσθαι, ὡς οὐκ ἔστι φύσει αὐτῶν οὐδὲν οὐσίαν ἑαυτοῦ ἔχον, ἀλλὰ τὸ κοινῇ δόξαν τοῦτο γίγνεται ἀληθὲς τότε, ὅταν δόξῃ καὶ ὅσον ἂν δοκῇ χρόνον. Prorsus alia Epicuri ratio, qui quidem natura et revera iustum esse dicit, quod finibus naturae, h. e. voluptati (et utilitati), respondet. Tale aliquid etiam Plato in Protagoram versus locutus erat [33]) — ἐν δὲ τῷ συμφέροντα ἑαυτῇ ἢ μὴ συμφέροντα τίθεσθαι, ἐνταῦθ᾽ αὖ ὁμολογήσει (Πρωταγόρας) σύμβουλόν τε συμβούλου διαφέρειν καὶ πόλεως δόξαν ἑτέραν ἑτέρας πρὸς ἀλήθειαν καὶ οὐκ ἂν πάνυ τολμήσειε φῆσαι, ἃ ἂν θῆται πόλις συμφέροντα οἰηθεῖσα αὑτῇ, παντὸς μᾶλλον ταῦτα καὶ συνοίσειν. Sapiens igitur (Epicureus), qui in omnibus rebus ad fines spectat, cum anticipationibus congruens (εἰς τὰς προλήψεις ἐναρμόττον) numquam reddet id, quod revera non congruit;

30) ἡ πρόληψις quoque κριτήριον est τῆς ἀληθείας, Diog. L. X 31, 33.

31) cfr. Diog. L. X 150.

32) quam pingit Plato in Theaet.; cfr. ibi 172 A–B, qui Epicuro locus notus fuerit.

33) cf. Plat. Theaet. l. l.

homines autem, qui non ad fines solent referre, quae cupiunt, neque res aspicere, quales sint (εἰς τὰ πράγματα βλέπειν), sed vanis saepe vocibus et opinionibus perturbantur (φωναῖς κεναῖς ἑαυτοὺς συνταράττουσιν[34])), recta aberrant via et falsa ἐναρμόττουσιν εἰς τὰς προλήψεις. Etenim de philosophis auctor proferre videtur haec: col. XXI l. 27 sqq.:

— — τῶ]ν [τοῦ[35])
τ[έλους][36]) ποιητικῶν[37]) καὶ
τ[αῦτ' εἰς] τὸ δίκαιον καὶ
καλὸν ἐναρμόττοντ[ες,

quae verba paulo nos aliter reddimus atque Sudhausius. Namque mutare velimus καὶ τούτοις scribentes: καὶ ταῦτ' εἰς τὸ δίκαιον κτλ. Cernimus enim constructum id, quod est ἐναρμόττειν, hic (l. 16) et locis illis Sententiarum Selectarum, quos descripsimus, deinde in Philod. π. ῥητ. I p. 3 sup. (suppl. p. 4 sup.): καὶ τὴν ῥητορικὴν ἐναρμόσαντες εἰς αὐτὴν ἀποφαίνουσι τέχνην, cum εἰς et accusativo[38]), sive ipsum transitivum sive intransitivum est. Τὸ γὰρ δίκαιον est πρόληψις (vel potius κατὰ τὴν βλεπομένην πρόληψιν νοούμενον), in quam singula inferenda sunt quam aptissime. — Lacuna haud parva exstat in media columna. Itaque cum tota sententia servata non sit, suspicari tantum licet sensum eius, ut transitus fiat ad v. 31 sqq. hos:

καὶ γὰρ βίους [περιί]στα[ν-[39])
τα⟨ι⟩ μαχομένους ἀ[λ-

34) cfr. l. l., Diog. L. X 152; vide quoque Philod. π. ῥητ. I 286, 3 sqq.

35) v. 27 praebet ex. Neap. in fine hoc:
— ΟΥϹ◣Ν◣Ϲ,
ex. Oxon. hoc: — ΥϹ / ΝЄ (mire!)

36) v. 28 initio habemus: ΤΗ .....

37) cfr. lin. 4/5: τὰ ποιητικὰ τῶν τελῶν.

38) ἐφαρμόττειν legeramus cum solo dativo l. l. Arriani (II 17 diatrib. Epictet.); cfr. quoque Philod. π. ῥητ. I p. 206 sup., p. 148 inf.

39) correxit E. Schwarz. cfr. col. XXIV 4.

λήλο[ι]ς καὶ [π]ράξεις διαφερούσας, ἀλλ' οὐ[δ]ὲν ἧττον ἐν ταὐτῶ[ι στρέ]φονται περιβόλ[ωι — — —

Huius sententiae subiectum posuimus ex fine sententiae antecedentis; atqui in ἐναρμόττοντ[ες] philosophos posuimus Epicureos subiectos. De eis igitur Philodemum declarantem reddimus haec: „Vitas enim effugiunt inter se dissonas atque actiones diversas, sed nihilo secius in eodem versantur oppido, (in quo ceteri cives —)“. Vivunt enim Epicurei in otio domorum suarum atque hortorum, turbam fori et vitae civilis vitantes; attamen hominum coetum communem non deserunt, sed omni tempore cum civibus intra moenia oppidi[40]) versantur. Itaque sententia, quae antecessit v. 31 sqq., haec fere fuit, ut philosophi Epicurei non abalienati dicerentur esse hominum vita communi et moribus, quamvis privatam agant vitam in otio et fines naturae semper observent.

Restat nobis in ineunt. col. XXI duorum illorum parium prius enuntiatum. Etiam hoc nos in adytum philosophiae introducet. Apparent enim nomina, de quibus multum disputatum est: ἀδ]ιάφορα, πρῶτα ἀγαθά, τέλη. Ciceronis quidem libri V, quorum titulus „de finibus bonorum et malorum“, de his rebus scripti sunt. Vix fieri potest, quin his illatis tangatur schola Stoicorum. Et dissertationem nostram et ostendisse et ostenturam esse ducimus viris Stoicis nos in his disceptationibus non prorsus posse carere[41]), ita ut Philodemus eo, quo suam sectam purgat, illos incuset. Etenim non solum significatos, sed etiam nominatos esse

40) supplevimus v. 36 περιβόλ[ωι. Nominatur περίβολος τὸ τεῖχος τῶν 'Αθηναίων Demosth. (Liban.) § 220 in fin.

41) Vir civilis non modo in sententias Stoicas pugnabat, sed etiam in vocabula illa novata, cfr. Cic. d. fin. IV 9, 22.

Stoicos in col. XXI argumentamur nos rebus his: primum verbis eis, quibus incipit col. XXII:

τἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ
καὶ τὰ δίκαια καὶ ἄδι-
κα καὶ τά καλὰ καὶ ταἰσ-
χρὰ νομίζουσιν ἕτερα
τῶν τοῖς πολλοῖς δοκούν-
τῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ πᾶν γένος
τῶν πολιτικῶν.

Grata enim quadam necessitate cogimur, ut suppleamus antea similiter, atque Sudhausius supplevit: οὐ μόνον τῶν φιλοσόφων πολλοί — quos Stoicos esse apparet. Comparandus autem est locus, qui iam supra nobis laudatus est, Cic. d. or. III 18, 66: „Alia enim et bona et mala videntur Stoicis et ceteris civibus, vel potius gentibus“. Fortasse Stoicorum nomen elici potest ex Philodemi col. XXI l. 23 literis hisce: — ωΙ.ΟΝC... Denique autem eo, quod in principio huius columnae aspicitur vocabulum: ἀδιάφορα, ostendi videtur ac tangi doctrina Stoica. Et Stoici quidem cum maxime opiniones hominum despiciebant eo, quod omnia, quae inter honesta et turpia sita essent, indifferentia esse iudicabant, cum aestimatione tantum mediocri. Atqui inter virtutem et vitium locum habent suum τὰ πρῶτα ἀγαθά, ergo sunt indifferentia. At eisdem his fines continentur bonorum doctrina Epicureorum. Itaque quae indifferentia censentur Stoicis, eadem summa bona sunt Epicureis.

Etiam apertius temptabimus illustrare Philodemi verba et locutionem istam philosopham, quae est in initio col. XXI. Omne enim animal, simul ut ortum est, et se ipsum et omnes partes suas diligit duasque, quae maximae sunt, imprimis amplectitur: animum et corpus, deinde utriusque partes. Nam sunt et in animo praecipua quaedam et in corpore; quae cum leviter agnovit, tum discernere incipit, ut ea, quae prima

data sunt natura, appetat asperneturque contraria. In his primis naturalibus voluptas insit necne, magna quaestio est[42]). Epicuri quidem ratione in his primis naturalibus voluptas, fortasse etiam sola, inest. Cfr. Diog. L. X 129: ταύτην (τὴν ἡδονήν) γὰρ ἀγαθὸν πρῶτον καὶ συγγενικόν ἔγνωμεν καὶ ἀπὸ ταύτης καταρχόμεθα πάσης αἱρέσεως καὶ φυγῆς καὶ ἐπὶ ταύτην καταντῶμεν ὡς κανόνι τῷ πάθει πᾶν ἀγαθὸν κρίνοντες. καὶ ἐπεὶ πρῶτον ἀγαθὸν τοῦτο καὶ σύμφυτον κτλ. Atque τὰ τὴν τῶν πρώτων ἀγαθῶν ἐπέχοντα χώραν, quod latius paulo ac fusius dicitur, eadem fere sunt[43]), quae τὰ πρῶτα ἀγαθά, „sensus singuli voluptatum“. In hoc autem attendendumst: quae ab aliis philosophis vocari soleant prima naturalia, ea ab Epicureis prima et sola bona aestimari. At ratio erat Academicorum antiquorum atque Peripateticorum, qua et Cicero libro V operi suo de finibus scripto quasi coronam tribuit, ea, ut extremum omnium appetendorum ductum ab initiis naturae humanae multis gradibus ascendere dicerent, ut ad summum perveniret, quod cumularetur ex integritate corporis et mentis ratione perfecta[43a]), ne externis quidem bonis prorsus omissis. Sed ab hac ratione recedebant Stoici et Epicurei; Stoici, cum fines tantum amplectebantur, Epicurei, cum in principiis naturae consistebant. Illi enim ponebant quidem prima naturalia — omne animal se diligere et conservationem sui velle —, at nec bona volebant ea esse et finibus excludebant. Nam minime dicebant mirum esse primo nos sapientiae commendari ab initiis naturae, 'post autem ipsam sapientiam nobis cariorem fieri, quam illa sint, a quibus ad hanc venerimus[44]). Contra Cicero Catoni Stoico respondet[45]):

42) cfr. Cic. d. finn. II 11, 33—34.
43) cfr. Philod. π. ῥητ. I 63, 12; 259, 28; II 119, 4/5.
43a) cfr. v. c. Cic. d. finn. V 14, 40.
44) cfr. Cic. d. finn. III 7, 23. Diog. L. VII 87.
45) Cic. ibid. IV 14, 37—38.

„Itaque mihi non satis videmini considerare, quod iter sit naturae quaeque progressio. — Semper enim assumit aliquid, ut ea, quae prima dederit, ne deserat. Itaque sensibus rationem adiunxit; et ratione effecta sensus non relinquit“. Sic Stoici unum atque id summum bonum in solo animo et in sola virtute locabant; separabant igitur prorsus ἀρχήν et τέλος. Contra Epicurus docet hoc[46]): καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἡδονὴν ἀρχὴν καὶ τέλος λέγομεν εἶναι τοῦ μακαρίως ζῆν[47]). Sic unum et summum bonum ponebat in initiis naturae, h. e. in voluptate. Cfr. enim haec[48]): ἀποδείξει δὲ χρῆται τοῦ τέλος εἶναι τὴν ἡδονὴν τῷ τὰ ζῷα ἅμα τῷ γεννηθῆναι τῇ μὲν εὐαρεστεῖσθαι, τῷ δὲ πόνῳ προσκρούειν φυσικῶς καὶ χωρὶς λόγου. Hominis enim natura semper amat et petit prima naturalia, quae a Stoicis parvi aestimantur.

Philodemus igitur in col. XX 25 sqq. protulisse videtur: τὰ μὲν γὰ[ρ τελικὰ] ἀγαθὰ κα[ὶ π]ρ[ῶτ]α eadem sentiri philosophis Epicureis et hominibus; tantum id interesse inter illos et philosophos, ut … Deinde legeramus col. XXI 10 sqq.: παραπλησίως δὲ καὶ consentire philosophos cum hominum opinionibus excepto eo, quod … Tertium tale scriptum videmus in ineunt. col. XXI. Ibi cum l. 3 sqq. teneamus membrum hoc: τὰ δὲ ποιητικὰ τῶν τελῶν οὐ ταὐτὰ τοῖς πολλοῖς εἶναι δοξάζουσιν (scil. οἱ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφοῦντες), supplemus antea hoc fere membrum: Ἔπειτα δὲ πρῶτον ἀγαθὸν καὶ τέλος λέγουσιν εἶναι τὴν ἡδονήν, τὸν δὲ πόνον τέλος τῶν κακῶν, ὥστε κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν νομίζουσιν οὐκ ἀδιάφορα — (ταῦτα μὲν οἱ Στωϊκοί) — τὰ τὴν τῶν πρώτων ἀγαθῶν ἐπέχοντα χώραν. Post quoniam pergit: τὰ δὲ ποιητικὰ τῶν τελῶν οὐ τοὐτὰ τοῖς πολλοῖς ε. δ. —, sententiae huius momentum dandum est vocabulo, quod est τὰ ποιητικά. Effici

46) Diog. L. X 128.

47) cfr. quoque Lucian. Hermot. 36. 56.

48) Diog. L. X 137.

enim putat multitudo voluptatem dominatione, imperiis, opibus et talibus rebus. Quae nihili aestimabant sectatores Epicuri, cum vita tranquilla fines naturae et beatitudinem peterent.

Stoici autem dominationes, imperia, eiusmodi res sumendas quidem esse censebant; neque vero placebat eis bona ea appellare, etsi unusquisque hominum mediocrium sic appellabat[49]). Hanc secutus rationem Philodemus in initio col. XXII telum torquet in sophistas tale: „Non solum philosophi multi (Stoici) — neque vero inter eos Epicurei — alia putant bona et mala, iusta et iniusta, honesta et turpia, atque quae hominibus videntur, sed etiam tota gens virorum politicorum“ [50]), qui docentur a sophistis.

οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἐν ταῖς προ-
στασίαις αὐτῶν ἐοίκα-
σιν ποιεῖν ἢ τὰς ὑπο-
λήψεις αὐτῶν μεθιστά-
νειν εἰς ἃς ἔχουσιν αὐ-
τοὶ περὶ ἀγαθῶν καὶ κα-
κῶν καὶ δικαίων καὶ ἀ-
δίκων καὶ κοινότερον
εἰπεῖν συμφερόντων
καὶ ἀσυμφόρων.

„Namque isti (politici) nihil aliud facere videntur (vel „sibi videntur“) in rebus publicis administrandis, atque ut vertant hominum opiniones et flectant in eas sententias, quas ipsi habent de rebus bonis et malis ac iustis et iniustis atque — ut magis in commune loquamur — utilibus et inutilibus“.

49) Cic. d. fin. IV 9, 22, d. or. III 18, 66.

50) col. XXII l. 6/7 quod est τὸ πᾶν γένος τῶν πολιτικῶν, hoc rhetorice dictum est = πάντες οἱ πολιτικοί. cfr. p. 236—237: ὁ τῶν πολιτευομένων χορός. Plat. Theaet. 160 D: κατὰ μὲν Ὅμηρον καὶ Ἡράκλειτον καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον φῦλον — et multa alia.

Paullo post recolligit haec:

Εἰ δὴ ταῦθ᾽ οὕ-
τως ἔχει, πῶς ὅμοιοι
γινόμεθα τοῖς κατα-
φρονοῦσι τῶν διαχω-
ρούντων νομισμά-
των, ἕτερα δ᾽ ἐνκρίνου-
σι[ν; Χ]ωρὶς γὰρ [τ]οῦ μὴ κα-
ταφρον[εῖν τὰ κατὰ[51])
τὰς βλεπ[ομένας πρ]ο-
λ[ήψεις νοούμενα πῶς
{ἐγκρίνοντες τὰ κα-}
τ᾽] ἀλήθειαν ἀγαθὰ καὶ
κακὰ καὶ δίκαια καὶ ἄ-
δικα ταὐτὸν ἂν ἐπάσχο-
μεν[52]), ἐπειδὴ τὰ μέν
ἐστι συμφέροντα κἀι-
κείνοις, οὐ μόνον ἡ-
μῖν, κἂν ὑπολαμβά-
νηται τοιαῦτ᾽ εἶναι, κἂν
μή[53]), τὰ δ᾽ ὄντως ἐστίν νο-
μίσματα καὶ τὴν ἐξ ἑ-
αυτῶν οὐκ ἀποδώσε[ι
χρείαν παρὰ τῶν νο-
μισάντων, ἐὰν μὴ πα-
ραπλησίως ἐκείνοις
αὐτὰ θεματίζωμ[εν;

---

51) l. 37 dedimus paulo aliter atque Sudhausius spatii causa; cfr. col. VIII 23; transitum quoque, qui fit ad col. XXIII, paululum mutavimus. At mentem tantum sententiae voluimus recuperare. cfr. col. XXI 12 sqq.

52) scil. τοῖς τὰ νομίσματα καταφρονοῦσιν.

53) conferendus est locus Platonis, certe non ignotus Epicureis, pol. 392 C: οὐκοῦν περὶ ἀνθρώπων ὅτι τοιούτους δεῖ λόγους λέγεσθαι, τότε διομολογησόμεθα, ὅταν εὕρωμεν, οἷόν ἐστι δικαιοσύνη καὶ ὡς φύσει λυσιτελοῦν τῷ ἔχοντι, ἐάν τε δοκῇ ἐάν τε μὴ τοιοῦτος (cil. δίκαιος) εἶναι; Ἀληθέστατα.

„Quae cum ita sint, quomodo conferre licet nos cum eis, qui despiciant nummos valentes et alios inducere velint? Praetermisso enim hoc, quod nos ne despicimus quidem, quae homines sentiunt secundum anticipationes visas, quomodo, cum ponamus ea, quae vere sunt bona mala, iusta iniusta, tales putandi sumus homines (quales ei, qui nummos despiciant), quoniam haec (scil. quae vere bona mala, iusta iniusta sunt) utilia sunt non solum nobis, sed etiam illis, sive existimantur utilia sive non, illi autem (scil. nummi) vere νομίσματα sunt (quae ex consensu hominum fiunt) neque usum praebebunt suum ab hominibus constitutum, nisi nos similiter atque homines censebimus (nummos)?“ Improbat Philodemus comparationem istam, quam sophistae fecerunt. Res enim bonae ac iustae ex veritate sunt secundum doctrinam Epicuream, nummi autem νόμῳ sunt; νομίζεται γὰρ νομίσματα. Atqui, quae vera esse censebantur, ea φύσει exstare dicebant Epicurei. Pergit igitur inde a l. 16:

Οὐδὲ γὰρ εἰ τὰ θερ[μὰ
καὶ ψυχρὰ κατ᾽ ἀλή[θει-
αν οὐχ ὑπολαμβανό[ν-
των ἡμεῖς ἔφα[μεν
ε[ἶ]ναι, παρα[πλ]ήσιόν
ἐσ]τι[54]) τοῖς πε[ρ]ὶ τῶ[ν νο-
μ]ισμάτων διαφε[ρομέ-
νοις] . . . .
. . . .
. . . τὴν ζήτησιν [καὶ
τ]ὴν εὕρεσιν ἄχ[ρη-
στ]ον λέγειν γε [δ]εῖ, [εἰ
κα]τ᾽ ἀλήθειαν ἦν τι-
ν]α βελτίω, μήτε
τῶν πόλεων παρα-

---

54) falso distinxit hanc sententiam Sudhausius. Totas tamen lineas supplere non ausi sumus; de consilio loci post loquemur.

δεξομένων αὐτὰ
μήτε τῶν κατανοη-
σάντων σω[θ]ῆναι δυ-
νησομένω[ν]. Οὐδὲ
γὰ[ρ] οἶμαι δι[οί]σει τοῖς
γε] κατ' ἀλή[θειαν ὑγι]α[ί-
νουσιν, ἐὰν ἄλλοι μὴ πα-
ραδέχωνται τὰ τὴν ὑγί-
ειαν αὐτοῖς παρασκευάζοντα, οὐ-
δὲ τοῖς περιισταμένοις
τὰ πυρὰ καὶ τὰς χιόνας, ἐ-
άν τινες μὴ παραδέχων-
ται τὰς φύσει[55]) προσούσας
δυνάμεις ἔχειν αὐτά.
Τὸ δὲ δὴ μηδ' αὐτοὺς σω-
θήσεσθαι λέγειν ὑπὸ
τῶν φύσει σωτηρίων
καὶ παντελῶς ἀ[πόπλη-
κ]τόν ἐστιν.

„Nam ne hoc quidem, si ea, quae revera calida et frigida sunt, hominibus non credentibus nos affirmaremus, similiter fit, ac si qui de nummis litigant . . . . . . (nummorum novorum) explorationem et inventionem inutilem quidem iudicari oportet, si revera meliores exstarent, urbibus non recipientibus neque inventoribus in tuta vita atque incolumi manentibus. Nihil enim, existimo, interest eorum, qui revera sani sunt, alios non recipere, quae bonam valetudinem ferunt, neque eorum, qui ignes et nives evitant, nonnullos non credere naturalem illam vim eis inesse. Immo vero ne ipsos quidem illos conservatum iri eis, quae natura

55) nomen, quod est φύσει, non prius videtur pronuntiatum esse quam post initium columnae XXIV, ubi progressionem disputationis iuvabit. Itaque non opportune a Sudhausio videtur inlatum esse inter coll. XIX—XX, quem iam supra suspicati sumus transitum aliter formandum esse.

salutaria sunt, hoc ore ferre, plane amentis est." Philodemus ad absurdum deducit nummorum simile, quod finxerunt sophistae. Nequaquam enim, quae νόμῳ sunt, conferri queunt cum eis, quae natura et vera sunt. Atque ob hanc causam Epicurei res bonas et iustas natura esse ponere poterant[56]), quod ad „fines naturae" semper eas referebant; et hoc ipso demum virtutes eis verae fiebant ac cognoscebantur. Ubi autem rebus ipsis vis calida ac frigida tribuitur, ibi ea subest doctrina Epicurea, qua sensus veri esse dicuntur. Itaque, etsi vanum erit novos nummos velle, si res publica prohibebit, numquam vana erit scientia rerum calidarum et frigidarum; ex hac enim bona valetudo sequitur. Philosophus autem discipulis praecipit, μὴ ψαύειν ἀδικίας, ὃν τρόπον οὐδὲ πυρός, ὡς ἀμφοτέρων ὀλεθρίων ὑπαρχόντων φύσει[57]).

Itaque scriptor, postquam amentis esse dixit iactare hominis salutem non servari eo, quod natura salutare sit, adnectit verba haec:

'Αλλ' οἶμαι
col. XXIV 13 πλανᾶι τό τινας τῶν φι-
λοσόφων ἁπλῶς ἅ[π]α[ν-
τ[α] φάσκειν τὰ δίκα[ια καὶ
καλὰ καὶ τὰ τούτο[ις ἠν]α[ν-
τιωμέν[α] νόμοι[ς μόνον[58])
καὶ θέμασιν δια[κεῖσθαι[59]),
(τ[ῶ]ν δὲ διατει[νόντων
εἰς π]άντας οὐδ[ὲν μετέ-
χειν, ὑ]πόληπ[τα δὲ πάν-
τ' εἶναι] . . . .)

„At in hunc errorem, (ut dicant, quod salutare natura sit, hoc salutare non futurum esse hominibus,)

56) cfr. quoque Philod. π. ῥητ. I 209.
57) cfr. id. vol. II p. 155 med.
58) in ex. Ox.: — NOMOI . . . . NO‖
59) cfr. Cic. d. leg. I 10, 28: „— nos ad iustitiam esse natos neque opinione, sed natura constitutum esse ius."

sophistas existimo trahi eo, quod (non omnes philosophi τὰ ἀγαθὰ καὶ δίκαια φύσει καὶ κατ' ἀλήθειαν esse docent, sed) nonnulli ἅπανθ' ἁπλῶς τἀγαθὰ καὶ δίκαια contendunt ex legibus et pactis originem habere"; quo fit, ut sophistae philosophos putent Epicureos, cum vera iusta quaerant, leges et pacta mutare velle. Contra Pyrronei[60]), qui de omnibus dubitabant, neque sensibus veritatem attribuere audebant neque eis, quae bona iusta honesta hominibus vocabantur et ab aliis philosophis affirmabantur. Hanc ratiocinamur mentem esse linearum 13 sqq.

Post lacunam obscura fit constructio verborum, quoniam accusativum participii, qui est ἀξιοῦντας in l. 36, necesse videtur esse adiungi ad ea, quae antecesserunt, ita fortasse, ut una sententiae constructio evadat usque ad col. XXV l. 11. Hoc quidem certum est inde a l. 27 col. XXIV Philodemum exponere, quantopere vir Epicureus iustitiam colat atque ultro omnibus legibus obtemperet, et pingere discrimen, quod intersit inter ea, quae sophistae sese tradere iactent et quae in horto Epicuri discantur. Legimus igitur in col. XXIV l. 27 sqq. sqq.:

τὰ μὲν] τοῦ] φύσει δικαίου κ[αὶ κα-
λοῦ χ]ώ[ρ]αν ἔχειν [62]) . . . [61])
. . . .
. . . . τὰ δ' ἐναντία [τ]ὴν
τῶν ἐναντίων, ἔνια δὲ

---

60) cfr. Diog. L. IX 104: ὅτι τὸ πῦρ καίει, αἰσθανόμεθα. εἰ δὲ φύσιν ἔχει καυστικήν, ἐπέχομεν. — 101: φύσει τε μὴ εἶναι ἀγαθὸν ἢ κακόν· εἰ γάρ τί ἐστι φύσει ἀγαθὸν καὶ κακόν, πᾶσιν ὀφείλει ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπάρχειν, ὥσπερ ἡ χιὼν πᾶσι ψυχρόν· κοινόν δ' οὐδὲν πάντων ἀγαθὸν ἢ κακόν ἐστιν. cf. ibid. 61.

61) ὥστ' ἐν τούτωι κατὰ μηδὲν βλάπ-τειν? Cfr. Diog. L. X 150/151. Omnino de toto hoc loco conferantur Sententiae Epicuri Selectae, quas περὶ τοῦ δικαίου scripsit, Diog. L. X 150—153 (ap. Usen. S. S. XXXI—XXXVIII), Cic. d. fin. I cap. 16.

62) de locutione cfr. col. XXI ineunt.

κατὰ τόπους καὶ περιστά-
σεις· ὅσα δ' οὐκ ὄντα τοιαῦ-
τα τεθεμάτισται παρά τι-
σιν δι' ἅςδηποτ' αἰτίας, καὶ
ταῦτα τηρεῖν ἀξιοῦντας
ἢ μεταβαίνειν ἐκ τῶν τό-
πων, ἐὰν [μ]ὴ καλῶς ζ[ῆ]ν
[δύνωνται, διαφέρειν [63]) δ' ἀ-]
[εὶ τῶι νόμοις πειθαρχι-]
κ[ω]τά[τ]ους [64]) εἶναι καὶ τῶ[ι
μὴ τὰ διωρισμένα μό-
νον, ἀλλὰ καὶ τὰ τὴν ὁμο-
είδειαν τούτοις ἔχοντα
διαφυλάττειν κἀκεῖνα
μὴ μόνον συνειδότων,
ἀλλὰ κἂν λανθάνωμεν
ἁπαξάπαντας [65]) καὶ μεθ' ἡ-
δονῆς, ἀλλ' οὐ δι' ἀνάγκην [66]),
καὶ βεβαίως, ἀλλ' οὐ σαλευ-
ομένως.

„(Videant sophistae nostros philosophos explicantes) quasdam res obtinere locum natura iusti et honesti, ... contrarias locum contrarium, alias e regionibus et circumstantiis (scil. locum iusti vel iniusti obtinere), praeterea iubentes omnia alius generis, quae quibuscumque de causis decreta sint in his vel illis civitatibus, etiam haec servare aut regione cedere, si honeste vitam agere nequeant, oboedientia autem legum semper praestare atque tenendis non eis solum, quae voce

---

63) cfr. Xenoph. mem. IV 2, 1.

64) Philod. π. ῥητ. I p. 233 med.: — παν[τὶ μ]ὲν νόμωι πειθαρ[χεῖ]ν ἐξεπιστάμενον, II p. 155 med.: κἂν οἱ φιλόσοφοί γε μ]ὴ πολιτεύωνται, μ[εγ]άλως ταῖς πα<τ>ρίσι βοηθοῦσι τοὺς νέους διδά[σκ]οντες αἰεὶ πείθεσθα[ι το]ῖς νόμοις ὡς ἐπὶ σω[τη]ρίαι [κ]ε[ιμ]έν[οι]ς.

65) cfr. quoque Cic. d. fin. II 16, 52, Plat. pol. 427 D.

66) οἱ πολλοὶ τὸ δίκαιον ἄκοντες ἐπιτηδεύουσιν ὡς ἀναγκαῖον, cfr. Plat. pol. 358 C.

legis definita sint, verum etiam eis, quae similis generis sint, et hoc non modo consciis hominibus, sed etiam cum aberimus ab aspectu simul omnium, et cum voluptate, non coactos, firmeque, non dubitanter."

Iam finem quendam huic expositioni ferre videtur sic:

εἰ δ' ἡ ῥητορικὴ
τούτων τὴν ἐμπειρίαν
παραδίδωσιν, ὥστε μό-
νην ῥηθῆναι τὴν τετρι[μ-
15 μένην ὥσ[π]ερ ὁδὸν ἐ[πὶ
τὸν μακάρ[ιο]ν βίον βα[δί-
17 ζ]ειν, —, ἀλλ' οὐ[κ ἴ]μεν εἰς τὰ
δικαστήρι[α] καὶ τὰς ἐκ-
κλ[ησί]α[ς], ὅπου[π]λείω ναυ-
άγια τ[ῶ]ν πρὸς τῶι Καφη-
ρεῖ με[μυθευμέ]νων.

„Iam si ars rhetorica harum scientiam rerum tradit (discipulis, quarum scientiam nos, philosophi Epicurei, tradimus), ut sola iure dici possit ire via tamquam trita ad vitam beatam, — —, at in iudicia et contiones non introimus, (in quae eorum praecepta ferunt), ubi plura naufragia fiunt, quam in monte Caphereo, quae fabulis narrantur." Lin. 17 sanavit Eduardus Schwartz. Comparavimus nos Plat. Theaet. 173^C/D^ summos philosophos pingentem: οὗτοι δέ που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδόν, οὐδὲ ὅπου δικαστήριον ἢ βουλευτήριον ἤ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον· etiam quod Philodemus protulit in sophistas col. XIV ineunte: εἰς πόλιν δ[ὲ κ]αὶ εἰς ἀ[γο]ρὰν οὐκ εἰςίασιν. De constructionis genere infracto cfr. p. 221 med.: ἐὰν δ' εἰς ἐκεῖνο καταντήσωσιν, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἐγκώμια λέγειν καὶ γράφειν οἴδασιν, οἷα περιφέρεται, — εἰ δὲ βούλονται, καὶ μόνοις συγχωρήσομεν. Plat. Protag. 311^D^: — ἂν μὲν ἐξικνῆται τὰ ἡμέτερα χρήματα καὶ τούτοις πείθωμεν αὐτόν, —, εἰ δὲ μή, καὶ τὰ τῶν φίλων προσαναλίσκοντες.

Caput IV.

Ea, quae sequitur, pars libri V difficilior est ad interpretandum quam, quae antecessit. In hac enim quae proposita erant, columna XX ineunte servata sunt; sed post col. XXV med. et suspicari debemus de alio quodam proposito agi neque tantam eius partem reperire possumus, ut manifestum fiat, quae res tractetur.

In lacuna ea, quae est post l. 21 col. XXV, novus iste incipere videtur locus. Et hos quidem versus, fieri non potest, quin sophistis tradamus (32—38):

„Ὁ γὰρ πείθων τοὺς
ἀνθρώπους δόξει καὶ κα-
λὸς καὶ ἀγαθὸς εἶναι, τού-
του θ' ἕνεκα βούλοντ' εἶναι
καὶ φρόνιμοι καὶ δίκαιοι
τοῦ γίνεσθαί τι μεῖζον [1]) αὐ-
τοῖς παρ' ἀνθρώπων."

„Vir enim, oratione qui trahit homines, quo vult, videbitur bonus esse, atque hanc ob causam cupit unusquisque prudens esse et iustus, ut accipiat aliquod donum ab hominibus." Singularem cernimus numerum ac pluralem: δόξει ac βούλονται; subiectum igitur reddimus verbo, quod est δόξει, id, quod est ὁ πείθων, h. e. orator, discipulus sophistarum, ei autem verbo, quod est βούλονται, id, quod est τινές, animo addimus. Redeundum nobis erit ad haec verba, ubi scribemus de col. XXVII. Deinde ubi agemus de col. XXVIII recordabimur verborum eorum, quae scripta videntur in col. XXVI ineunt.: — — —

1) eandem locutionem, sensum diversum habemus in vol. II p. 33 inf.: <ὅτι αὐτοῖς (τοῖς ἀνθρώποις) παρὰ> τῶ[ν π]ολιτικῶ[ν λ]εγο-μ[έ]νων [συνεβ]άλλετό τι μεῖζον —

— — — ⟨οὐ⟩[2]) δέξαιτ' ἄν τις, εἰ δοκῶν
νοσεῖν ἀναγκάζοιτο τὰς
θεραπείας ὑπομένειν[3]), μή
τι δή γε τὴν ἀρετήν.

„— forte non patiatur quisquam cogi se, cum videatur[3a]) morbo affectus esse, ad curationem subeundam, nedum virtutem sibi velit.“ Incolumis sententia non est; at videntur verbis hisce sophistae voluisse refutare Gorgiae Platonici expositionem celeberrinam, qua orator vere politicus similis dicitur esse medico, qui corpora hominum curet; illum enim animas (ψυχάς) curare (θεραπεύειν) debere virtute docenda vel potius afferenda[4]) Plato pronuntiaverat. Sophistae autem philosophorum virtutem improbant, collaudant politicam illam virtutem. Legimus nos haec:

'Αλλὰ (col. XXVI 5)
τούτων ἄκαιρος μὲν ἡ πα-
ρεμβολὴ τοῦ μὴ διδακτὸν
εἶναι τὴν ἀρετήν.

In lin. 5 incipere videntur verba Philodemi: „At hanc rem non tangit, quod (sophistae) notant: virtutem doceri non posse.“ In col. XXV parte posteriore propositum sophistarum repetitum esse putamus (usque ad col. XXVI 5); ibi igitur παρεμβολή sophistarum ista scripta fuerit. Col. XXV l. 29 eruere licet διδάσκειν,

2) negatio alicubi supplenda est; melius fortasse legas: <οὐδ' ὑγείαν>.

3) cfr. Plat. Gorg. 505 C: οὗτος ἀνὴρ οὐχ ὑπομένει ὠφελούμενος καὶ αὐτὸς τοῦτο πάσχων, περὶ οὗ ὁ λόγος ἐστίν, κολαζόμενος. (Philod. π. ῥητ. I p. 380 inf.: τὸ δ' ἀπ[ὸ φιλοσ]οφίας οὐδ' ἂν προσδ[έξ]αιτο, μᾶλλον δ' οὐδ' ἀν[έ]χοιτο δῆμος).

3a) = putatus sit.

4) cfr. Plat. Gorg. 521 A: ἐπὶ ποτέραν οὖν με παρακαλεῖς τὴν θεραπείαν τῆς πόλεως; διόρισόν μοι· τὴν τοῦ διαμάχεσθαι 'Αθηναίοις ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται, ὡς ἰατρόν, ἢ ὡς διακονήσοντα καὶ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντα;

διδακτόν vel simile aliquid ex literis hisce: δι‵α...ιν[5]). Ceterum disciplinam rhetoricam comparari cum doctrina philosophorum scholastica argumentati sumus etiam ex col. XXV 11 sqq., col. XX 22—24. Certa illa vocabula apparent quoque l. 30—32 col. XXV.: — παραδοθῆ[ναι, ἔτι] μᾶλλον ὠφελεῖσθαι δ[ιὰ] τὴν ῥητορικήν[6]). Iam cum sequatur hoc: ὁ γὰρ πείθων κτλ., recte nos cognoscere putamus opponi a sophistis vim persuadendi, quae oratoris est, facultati docendi, quae philosophi potissimum propria est; virtutem igitur aiunt docendo parari non posse, sed persuadendo. Nota haec res ex Platonis Gorgia[7]). Philodemus quidem dictum eorum in ipsos vertit:

Οὐ μὴν
ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν πολιτι-
κὴν ἀρετὴν οὐκ εἶναι δι-
δακτὴν ἀπεδείκνυε Σωκρά-
της[8]) ἐκ τοῦ μήτε Θεμιστο-
κλέα μήτ' 'Αριστείδην μή-
τε Περικλέα [δεδ]υνῆσθαι
τοὺς υἱούς, οἵοίπερ ἦσαν αὐ-
τοί, κατασκευάσαι. Διὰ δὲ ταὐ-
τοῦ συναχθήσεται καὶ τὸ
μηδὲ τὴν σοφιστικὴν [ῥη-
τορικὴ[ν] διδακτὴν εἶν[αι

5) cfr. lection. rec. vol. II p. XXI.

6) 'Η τοῦ διδασκάλου παράδοσις ὠφέλειά ἐστιν τοῖς μαθηταῖς. Cfr. Plat. Gorg. 520 B, Philod. π. ῥητ II p 159—160: ἄλλως δ' οἱ μ[ὲν] ῥήτορες ἢ μισθοῦ τινος <ἢ> διὰ δόξαν ὠφελοῦσιν, ὥστ' οὐδ' εὐεργετεῖν λέγοιντ' ἄν, [οὓ]ς ὠφελοῦσιν, οἱ δὲ φιλόσοφοι καὶ προῖκα καὶ τὴν ἀπόστασιν ἐπὶ τοὺς ὠφελουμένους ποιούμενοι — Post τινός interponimus ἢ ad corrigendam constructionem secundum vol. I p. 217, 13 – 15, auct. ad Herenn. I, 1. — ἀπόστασιν — ποιούμενοι interpretamur nos „ad intellectum auditoris descendentes“ (Quintil. inst. orat. I 2, 27; opp. Lucian. Hermot. 3).

7) cfr. 455 A; cfr. quoque politic. 304 C/D.

8) cfr. Plat. Menon. 93 B sqq. Pseudoplat. περ. ἀρετ. 376 B sqq. cfr. etiam Protag. 319 E (Gorg. 515 D).

„Sed ne civilem quidem virtutem tradi posse Socrates demonstrabat eo, quod neque Themistolces neque Aristides nec Pericles potuissent instituere tales filios, quales ipsi erant. Eadem autem ratione colligetur ne sophistica quidem rhetorica tradi posse doctrina . . .“ Iam ad lin. 30—34 col. XXV referre videtur Philodemus verba, quae in initio corrupta sunt, haec: col. XXVI 31 sqq.:

πλέον ὠφελῆ[σα]ι τὴν ῥη-
τορικὴν τῶν ἀπ' αὐτῆς πεί-
θειν δυναμένων τοὺς ἀν-
θρώπους, ὧς εἰσιν καλοὶ
κἀγαθοί. Τουναντίον γάρ,
ἂν καὶ μέτριος ᾖ τις ἄλλως,
ὅτι ῥήτωρ, πονηρὸς εἶναι
νομίζεται. Δοκείτω δ' οὖν·
ἀλλὰ τῆς εὐδαιμονίας οὐ
διὰ τὸ δοκεῖν περ[ιγι]νομέ-
[νης — —

„— (neque iure ferunt sophistae) magis (quam philosophiam) iuvare (discipulos) artem rhetoricam, quoniam, qui eam didicerunt, vim habeant persuadendi hominibus se bonos viros esse. Minime hoc est; nam etiamsi alias quis mediocris est vir, qua orator est, malignus esse existimatur. Ut autem videatur quidem bonus esse, tamen, quandoquidem vita beata non specie et fama vana contingit, (etiam hoc pro nihilo aestimandum est).“ Cum his verbis coniungi possunt ea, quae leguntur in col. XXVIII ineunt:

Ἆρ' οὖν
οὐχὶ διαβληθεὶς ἀρετηφό-
ρος[9]) ἀνὴρ καὶ πείθειν ἀδυ-
νατῶν τοὺς ἀνθρώπους,
οἷός ἐστι, κἂν τιμωρίας,

9) Opponitur ἀρετηφόρος ἀνὴρ τῷ πονηρῷ p. 217 med.

οὐκ ἐλέου[10]) καὶ τιμῆς τύχοι;[10a])
Τίς οὔ φησίν;

„Nonne vir, qui virtutem habet, cum infamatus persuadere hominibus nequit, qualis vere sit, forte etiam poena afficitur, non autem indulgentia atque honore? Quis negat?“ Cernimus Philodemum rescindentem sophistarum propositum tale: „ὠφελεῖ ἡ ῥητορικὴ παραδιδοῦσα ἀρετὴν πολιτικὴν καὶ πειθοῦς δύναμιν“, ita ut orator semper teneat hominum coetus, quoniam πείθων δόξει καλὸς κἀγαθός, accusatus autem (apud populum) vi persuadendi ostendet se bonum virum esse. (Contra philosophos virtus sua non servat — οὐδὲ γὰρ Σωκράτην ὠφέλησεν[11]) —; nam ei, ubi aliquis criminatus est, persuadendo purgare se non poterunt.)“ Tota haec sententia qua ratione a sophistis prolata et cum ceteris verbis eorum conciliata sit, perspicere vix continget. Ipse Philodemus vituperat rationem propositi sophistarum; neque enim ad rem pertinere, quod dixerint: virtutem doceri non posse[12]). Praeter opinionem quodam modo nominatur in col. XXVI 39 ἡ εὐδαιμονία; totius philosophiae finis hic hominibus erat antiquis, maxime Epicureis. Verum etiam rhetores, qui aequare volebant gloriam philosophorum, vitam beatam ut summam pollicebantur omnis rhetoricae vitaeque oratoris civilis[13]). Itaque, cum scriptor sententiam sophistarum impugnet, id, quod col. XXVI 39 inducit, nomen videtur etiam ab eius adversariis ut finis artis oratoriae et virtutis civilis collaudatum esse.

10) ὁ ἔλεος ἀντίστροφος τῇ τιμωρίᾳ, cfr. Plat. Prot. 323 D.

10a) Videtur quaestio esse sophistarum, cui concedit Philodemus; sophistae eam protulerunt in philosophos iudiciorum imperitos.

11) cfr. col. XXIX 10.

12) col. XXVI 5 sqq.

13) cfr. Isocr. in sophist. 291, Cic. d inv. I 4, 5, Lucian. rhetor. praecept. (3; 9).

Priores columnae XXVII versus Philodemus denuo ut sophistarum verba reddere videtur.

„Νὴ Δί',
ἀλλὰ διότι τῆς μὴ πειθού-
σης ἀληθείας χρησιμωτέ-
ρα γ' ἡ κατὰ νόμον [14]), ἄξιον
Εὐριπίδει λέγοντι πιστεύ-
ειν· „οὔ τοι νόμισμα λευκὸς
ἄργυρος μόνον, ἀλλὰ καὶ
ἀρετὴ βροτοῖς." [15]) Πολλὰ γοῦν
τῆι χρηστότητι καθάπερ
ἀργυρίωι κτῶνται."

„At mehercule veritate [16]), qua non persuadetur, utiliorem esse virtutem, in usu hominum quae valet, credere nos debemus Euripidi ferenti hoc:

„non, ecce, nummus solus argentum albulum,
virtus et ipsa etc."

Multa sane homines sibi parant bonitate tamquam argento."

Iam philosophus poëtae verba vera putanda esse negat:

Καὶ
πῶς Εὐριπίδει φιλόσοφος
ἂν προσέχοι καὶ ταῦτα μη-
δὲ πίστιν εἰσφέροντι
πίστιν αὐτὸς ἔχων; Πῶς
δ]' Εὐριπίδης, ὃ φασι, διὰ τού-
των κατασκευάζειν βε-
β]ούληται; Τί[ν]α δὲ καὶ συν-
ά]γ[ε]τα[ι] τρόπ[ον ἐκ τ]οῦ καὶ

14) locum sanavit Ed. Schwartz.

15) pleniores tenemus hos versus in Naucki fragm.: F T G Eurip. 542 (ex Oedipode fabula).

16) h. e. vera virtute; cfr. quoque l. l. Plat. Phaedr. 260 A; Quintil. inst. orat. III 8, 39.

ν]ομ[ίσ]ματι [17]) πα[ρ]απλησί-
αν π[αρ]έχεσθαι χρείαν
τὴν ἀ[ρ]ετὴν [ἐπὶ] πλεῖον
οὐδὲ — — —

„Quonam autem modo philosophus argumentatus sibi Euripidem attendat, qui ne affert quidem argumentum? Quomodo poëta demonstrare voluit ea ratione, quod illi dicunt? Qua enim colligitur ex eo, quod virtus usum praebeat nummis similem, etiam (ἐπὶ πλεῖον) hoc.: οὐδὲ . . . . . ." Quae sequuntur, tempus delevit [18]).

Est hic locus iterum testis eius rei, quam iam supra ursimus: aemulari rhetores oratoresque non veritatem rerum, sed opiniones et usus hominum; studere igitur τῇ πολιτικῇ ἀρετῇ neque τῇ κατὰ φιλοσοφίαν. Civili enim virtute tamquam nummis bona parantur: honores, opes, bona fama [19]).

Declaraverant antea (col. XXV 34—38) sophistae: τούτου θ' ἕνεκα βούλοντ' εἶναι (scil. τινές) καὶ φρόνιμοι καὶ δίκαιοι τοῦ γίνεσθαί τι μεῖζον αὐτοῖς παρ' ἀνθρώπων. „eam ob causam, qui prudentes et iusti sint, tales velle esse, ut praemia ab hominibus accipiant." Sane oratores huius rei causa a sophistis educantur ad virtutem civilem adipiscendam. Quis vero hominum philosophos audeat dicere bonos viros esse ob hanc rem, ut ab hominibus praemiis ac laudibus afficiantur? Hoc videtur consilium esse verborum Philodemi inde fere a l. 25: repetuntur verba l. l. col. XXV, ita tamen, ut corruptas lineas prorsus sanare non potuerimus. Apparet id, quod est ἕνεκα, in l. 25; totum sic fere redintegremus locum: (τοὺς δὲ φιλοσόφους) ἕνεκα τοῦ γίνεσθαί τι μεῖζον

17) l. 19 initium traditum sic: ΛΙΟΜ, in exempl. Ox. Hoc linearum 19—22 initia solum servat schedula marginali.

18) tamen cfr. d. l. 22 lection. Neap. vol. II p. XXI.

19) cfr. Quintil. inst. XII 11, 29; Cic. d. inv. I 4, 5.

αὐτοῖς παρ' ἀνθρώπων καὶ φρονίμους εἶναι καὶ δικαίους φαίνεσθαι (?) μαινομένων[20]) οὐδεὶς ἂν εἴπειεν. Alia enim clamant philosophi sententiis suis:

Οἱ μὲν γὰρ οὐδ' ὅλως τι
παρ' αὐτῶν θηρωμένους
φασὶ τὴν ἀρετὴν διώκειν,
οἱ δὲ τὴν ἀσφάλειαν αὐτήν,
εὐδαιμονίας δὲ χάριν οὐ
μᾶλλον ἢ παρὰ τῶν θηρί-
ων,

„Alii enim philosophorum (scil. Stoici) hortantur, ut virtus (propter se) expetatur neve ullum ab hominibus (= hominum) donum exspectetur, alii (scil. Epicurei) (hortantur, ut virtus expetatur) ad tutam vitam comparandam (τὴν ἀσφάλειαν αὐτὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων θηρωμένους)[21]), et hoc quidem beatitudinis gratia[22]) non potius quam a parte ferarum," εὐδαιμονία enim, quam philosophus Epicureus ipse sibi parit vita tranquilla, ea tantum dependet de hominum aliorum voluntate, qua non insidiantur ut ferae. Ceterum explicare videtur scriptor τὴν εὐδαιμονίαν sic:

ἥτις οὐδ' εἰς ἐπίνοιαν
ἔρχεται τοῖς πολλοῖς, οὐχ ὅ-
τι καὶ παρασκευάζετ[αι] δι-
ὰ τῆς ἐπιμ]ε[λείας[23]) τῶν πό-
λ]εσι [καὶ πλήθεσι] μέγισ[τα
χρησιμευόντων.

20) adhibet Philodemus tales locutiones: col. XIX 31 (παραπλήκτων, ut demonstravimus), col. XXIV 12; p. 145, 14 (vol. I).

21) cfr. Diog. L. X. 140/41, Sent. Sel. ἕνεκα τοῦ θαρρεῖν κτλ.

22) (a parte hominum).

23) cfr. Xenoph. mem. III 7, 2: εἰ δέ τις ἔφη δυνατὸς ὢν τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων ἐπιμελόμενος τήν τε πόλιν αὔξειν καὶ αὐτὸς διὰ τοῦτο τιμᾶσθαι ὀκνοίη δὴ τοῦτο πράττειν, οὐκ ἂν εἰκότως δειλὸς νομίζοιτο; Scriptorem in fine col. XXVII spectare ad vitam oratoris civilis apertum fit principio col. XXVIII.

„—, quae ne in mentem quidem venit hominibus, nedum comparetur curatione negotiorum rei publicae et multitudini maxime salutarium." Εὐδαίμονα βίον etiam sophistas discipulis promittere supra memoravimus. Cur Philodemus oratores beatam sibi parare posse vitam negat? Quia orator, etiamsi vir bonus (ἀρετηφόρος) est, ubi eum aliqui criminati sunt apud populum, ne persuadere quidem poterit, quia iam non benevoli sunt, qui audiunt, ac periclitabitur. οὐκ ἂν ἐλέου καὶ τιμῆς τύχοι[24]). Pergit explicare sic fere: „Quid? Hoc adhuc satis reprehendimus, quamvis proximum sit, nequaquam virtutem sophistas ore iactare, quae vera virtus meraque non sit, (sed civilis illa, quae malitiae saepe simillima):"

'Αλλὰ τῶν
πάντων ἐστὶν παραλογ[ώ-
τατον ἀρετὴν ἄκραν καὶ
διομαλίζουσαν[25]) ἀγνοηθῆ-
ναι καὶ μὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ
κακίαν νομισθῆναι. Δεῖ
δὲ κατὰ τὸν τῶν ῥητόρων
λόγον τοῖς εὐλόγοις[26]) προσ-
έχειν, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς τέρα-
τι παραπλησίοις[27]), καὶ ταῦ-
τα τῶν μεγίστων πολιτι-
κῶν τὰ τοῖς πονηροτάτοις
ὀφιλοῦντα συνάπτεσθαι
πρὸ[ς βῆ]μα κεκ[ο]μισμέ-

24) cfr. Demosth. d. cor. 297: εἶτά μ' ἐρωτᾷς, ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιῶ τιμᾶσθαι; κτλ.

25) Quadrat hoc verbum in doctrinam Democriti et Epicureorum, qui conferebant animi habitum perfectum (ἀταραξίαν) cum tranquillitate maris (τῇ γαλήνῃ), qua totum aequor „sich gleich bleibend" est; cfr. Diog. L. IX 45; X 37; 128.

26) volunt rhetores τὰ εὔλογα, efficiunt παραλογώτατόν τι (l. 9/10).

27) τὰ τέρατι π. videntur sophistae vocare philosophorum mirabilia rationesque. De locutione similem locum cfr.: Diog. L. X 114.

22 νων, οὓς μόνους φασὶ π........πα[ν]α-
ρέτο[υς [28]) εἶναι? [29])

„Quod autem omnium est stultissimum, virtus summa et aequabilis non solum ignota est illis, verum etiam vitium existimatur. Atqui oportet sententia rhetorum in rationes probabiles animum advertere, non autem mirabiles quasdam, et hoc postquam maximi politici ad rostra tulerunt ea consilia, quae pessimorum hominum propria dici debuerint; attamen eos omnibus virtutibus eminere pronuntiant . . . (?)“

Sequitur lacuna, post quam redeunt ea verba, quae novimus in col. XXVI ineunt. Invectos esse ratiocinabamur sophistas in Platonis Gorgiam ita, ut reicerent praeceptum Socratis, qui oratores publicos tamquam medicos debere esse multitudinis docebat et curatione virtutem animis eius inserere [30a]). Neque vero virtutem et medicinam plane videntur neglexisse [30]), sed protulisse τὸν ἄνδρα ἀρετηφόρον [31]), qui ipse possideat τὴν ἀρετὴν πολιτικήν, etiam homines ea afficere, ut medicum curatione corpora corrigere. Iam Philodemus opprobrium reddere videtur hoc: oratores istos, quos bonos viros appellent sophistae et tamquam medicos multitudinis, interdum ostendere malos se esse neque cupere cum virtute vivere. Adhibet sophistarum verba l. 28 sqq.:

„δοκοῦσ[ι δ]ὲ μεί-
ζον]ας τῶν νοσ[ού]ντων [ὑ-
πο]μένειν θεραπείας, [μή
πού γε τὴν ἀρετήν,“ ὥσπε[ρ
οὐχὶ καὶ ταύτης ἀληθι[νῶς

28) παναρέτους εἶναι τοὺς πολιτικούς volunt Stoici, cfr. vol. II. p. 202 inf. et 284 sup.

29) de l. 23 cfr. lection. Neap. vol. II p. XXI.

30) cfr. col. XXIX 8—13.

30a) cfr. Plat. Gorg. 521 A, 517 D—518 B.

31) ἀρετηφόρος sit fortasse, ut νικηφόρος, et qui secum fert, et, qui alteri affert.

ἀγαθοῦ καθεστώσης ἢ
θεραπείας ὑπαρχούσης, [ἥν
τι]νος κα[κ]ίαν καταγνόν-
τες [ο]ἱ πολλοὶ προσφέρου-
σιν, ἢ παρ' ὅλον [τ]ὸν βίον
ταῦτα προσφερόντων, [ἀλ-
λ' οὐχ ἅπαξ.

Viri illi, qui ἀρετηφόροι vocantur, revera mali sunt homines, ubi accusati aliquando sunt ab hominibus, ut rationem reddant, recusant, quasi coacti [32]) sint ad sanationem, neque recipiunt τὴν θεραπείαν ταύτην — — „videntur autem sibi maiores subire curationes quam ei, qui aegroti sint, nedum virtutem recipiant, velut si non verum bonum sit virtus aut curatio exstet ea, quam multitudo affert, postquam malum hominem aliquem iudicavit esse, aut per totam vitam homines eam ferant, non vero semel.“ Qua ratione pergat ad initium col. XXIX, nos adhuc non satis perspeximus.

Hoc quidem certum est novum incipere caput auctorem col. XXIX 2 ac tractaturum esse eum locum, qui novissimus videtur fuisse in libello isto sophistarum; praedicabant hic praesidium, quod arte fiat apud iudices. Nos quidem confestim percurremus.

Legimus haec: „Deinceps postquam asseruerunt certare nos non cum externis hostibus, a quibus occidi honestum sit deisque gratum, sed cum eis, qui intra moenia sint, a quibus mori turpissimum sit, postremo eveniunt nec ad virtutem — „neque enim Socratem iuvit“ —, neque ad artem medendi — „liberat enim haec morbis quidem, non vero iudiciis“ —, neque ad ullam aliam facultatem, sed ad rhetoricam, quae non solum de capite periclitantibus subveniat, sed etiam eis, qui de re familiari [33]), de derogatione civitatis, de

32) cfr. col. XXVI 3.

33) cfr. col. V/VI.

exilio dimicent." Talibus verbis sophistas artem exercendam commendavisse notum est. Philosophus igitur, maxime tranquillus ille vir Epicureus, apud iudices servari non poterit neque, qua utitur, iustitia[34]) impediet, quominus maligni sibi insidientur. Eius modi cantarunt multa adversarii, at philosophus non vult singulis occurrere[35]). Desiderare videtur libri sui finem. Columnae autem XXX sub finem defendere videtur et obtinere vitae rationem philosophi:

οἱ δὲ φιλόσοφοι καθήμενοι ἐν]
τ]ῶι οἴκ[ωι] νέους ὠφε[λοῦ-
σι][36]) καὶ π[ολ]λοῖς πολλὰς
π]αρέχο[ντ]αι χρείας[37]) καί
φί]λους ἔχουσι πολλούς τε
κ]αὶ γενναίους[38]) καὶ λόγοι[ς κτλ.

Locum quasi prototypum vide in Platonis Gorgia[37a]): ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ — ἀνάνδρῳ γενέσθαι φεύγοντα τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγοράς, —, καταδεδυκότι δὲ τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα. —

---

34) Et illud quidem (col. XXIX 34—36): τὸν μὲν δίκαιον αἰεὶ ταραττόμενον ζῆν crediderit quispiam responsum esse sententiae Epicuri sel. (Diog. L. X 144): ὁ δίκαιος ἀταρακτότατος, ὁ δ' ἄδικος πλείστης ταραχῆς γέμων.

35) col. XXIX 37—39, col. XXX ineunt.

36) cfr. l. l. π. ῥητ. II 155.

37) de locutione cfr. Diog. L. V 54.

37a) 485 D/E.

38) De amicitia Epicureorum conferas Cic. d. fin. I, 20, 66: „nam cum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare;" sane rhetores aiunt rationem monere, ut ob eandem causam declamationes apud se habeant adulescentes aliique patronos amicos sibi arcessant. Epicurus autem praedicat amicitiam, quae oritur philosophia: ibid. 68: „in hoc ipso vitae spatio amicitiae praesidium esse firmissimum" (Diog. L. X 148). Ceterum cfr. Philod. π. ῥητ. II p. 162 med., ubi eidem loco adversari videtur (lin. 9 a nobis, lin. 12 ab E. Schwartz correcta):

Col. XXXI reicit scriptor, quod intenderant, sine securitate et cum periculo iustum virum et philosophum vitam agere, lin. 4—10 sermoni Platonico[39]) appropinquans, ut Epicureus. Tum:

Οὐ
μέντοι διατελεῖ, μὴ πε-
ριπέσηι ταραττόμενος.
Οὐδὲ γὰρ τοῦ [πλή]θους
τὰ παράλογα [πέφυ]κε [τ]α-
ράττειν ἄλλ[ως τ]ε καὶ
τὰ μετὰ τὴν τελ[ευ]τὴν οὐ-
δὲν ἔσεσθαι πρὸς αὐτὸν
πε]πεισμένον[40]).

Quae sequuntur, e schedulis collegit Sudhausius neque perfecit locum. Videtur philosophorum vis persuadendi opponi arti rhetorum[41]). Res nova non est. Consummat deinde in col. XXXII 2—5:

ὥστ' εἰ διὰ ταῦτα [θ]εὸς
ἡ Π]ειθὼ προσηκόντως
ἐ[νο]μίσ[θ]η, διὰ τὴν φι-
λοσοφίαν ἀπεθεώθη[42]).

προσθετέον, ὅτι [σο]φ[οὶ
καὶ φιλόσοφοι κ[ατ' ἀλή-
θειαν οὔτε πάν[τοθεν ἐ-
χθρεύοντας ἔχ[ουσιν ἀν-
θρώπους ἐν ἡσυχ[ίαι βα-
θε]ίαι καὶ δικαιοσύν[ηι γνη-
σίωι καὶ φιλίαι πιστ[ῆι κα-
τ]αζῶντες —

39) Plat. Gorg. 521 C/D; (vide vol. II p. 176 fr. I et adnot.).

40) cfr. Diog. L. X 125. 139.

41) cfr. (Diog. L. II, 29), Xenoph. symp. IV 64. Philod. π. ῥητ. vol. II p. 220/21.

42) cfr. quoque Diog. L. VI 75, ubi de Diogene: θαυμαστὴ δέ τις ἦν περὶ τὸν ἄνδρα πειθώ, ὥστε πάνθ' ὅντινουν ῥᾳδίως αἱρεῖν τοῖς λόγοις. ibid. II 29.

Postea pergit secernere facultatem rhetoricam et oratoriam a sapientia, deinde concludit ipsis finibus vitae hunc librum (ut nos quidem ducere velimus):

ἡ δὲ φιλοσοφία πάν[των
ἁπλῶς τῶν εἰς τὸν εὐ[δαί-
μονα βίον [σ]υνεργίαν
παρεχομένων καὶ τὴν
εὕρεσιν καὶ τὴν χρ[ῆ]σι[ν [43])
ἅμ]α [πορίζε]σθαι πα[ρασκευάζει (?).

Hunc librum eius quoque exemplum putamus esse disputationis, quam homines veteres universam περὶ βίων vocarunt.

Frustula.

In vol. I p. 368 med. legas haec: συμφερόντων μὲν γὰρ πόλ⟨ε⟩ι τῶν τοιούτων ἔμπειρός ἐστιν (scil. ὁ ῥήτωρ νοούμενος), οἵω[ν ὁ] νοούμενος π[ο]λιτικός —.

Rectius quam Sudhausium credimus nos supplevisse locum, qui est vol. II p. 141 inf.

ὁ βίος] μεμαρτύρη[κεν [44])
ἡμῖν] καὶ ὁ πάντ' ἐ[κδιδά-
σκων] χρόνος,

postquam scriptum vidimus in Aeschyl. Prometh. 981 haec:

ἀλλ' ἐκδιδάσκει πάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος.

---

43) cfr. Diog. L. V 28.
44) cfr. vol. II p. 271, 7.

Vita.

Natus sum Guilelmus Schneidewin a. d. IV Kal. Sept. anni MDCCC LXXXII Hameloae parentibus Maximiliano et Adolfina familiae Koch. Gymnasii nostri disciplinam postquam absolvi, primum quidem Monachium me contuli litteris antiquis studere terramque alienam noscere cupiens. Ibi audivi viros nobiles Eduardum de Woelfflin, Jv. de Mueller, Guilelmum de Christ, nec non Hermannum Paul, C. Krumbacher, L. Traube. Post duo semestria Berolinum profectus scholas frequentavi Udalrici de Wilamowitz-Moellendorff et Hermanni Diels, virorum illustrissimorum; audivi Johannem Vahlen, Ricardum Heinze. Post duo semestria Gottingae, quae maxime Berolini inflammata erant, studia nostra foverunt viri doctissimi Fridericus Leo, Eduardus Schwartz, Jacobus Wackernagel, Georgius Busolt. Audivi et alios viros doctissimos: M. Lehmann, G. E. Mueller, M. Heyne, C. Brandi, E. Husserl. Plurimum autem in litteris Graecis Romanisque consumpsi tempus, quibus iam puer omnique tempore privatim operam dedi. Ex mensibus his fere XIX eandem incudem tutudi; quo spatio studiis me dedi philosophorum et rhetorum oratorumque veterum.

Scribebam a. d. I Non. Febr. MCMV.